








1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE



TJALLINGI HALBERTSMAE

ADVERSARIA CRITICA



TJALLINGI HALBERTSMAE

ADVERSARIA CRITICA.

E SCHEDIS DEFUNCTI

SELEGIT, DISPOSUIT, EDIDIT

HENRICUS VAN HERWERDEN.

ACCEDIT EPIMETRUM

DE CODICIBUS BIBLIOTHECARUM EXTERARUM

QUOS DESCRIPSIT AUT ADHIBUIT HALBERTSMA.



LEIDAE
APUD E. J. BRILL.
MDCCCXCVI.



TYPIS E. J. BRILL, LUGDUNI-BATAVORUM.

MEMORIAE INTEGERRIMI AMICI

SACRUM

PRAEFATIO.

Tjalling Halbertsma, familia Frisia (quod ipsa nomina produnt) oriundus, natus est d. X m. Iulii a. MDCCCXXIX Daventriae, ubi pater eius Joost Hiddes Halbertsma vir litterarum Neerlandicarum peritissimus [1]) apud Mennonitas ministerio divino-fungebatur.

Absolutis studiis praeparatoriis, primo in Athenaeo quod olim florens iam tum valde languebat Daventriensi, deinde in Universitate Leidensi sub Iani Bakii et Caroli Gabrielis Cobeti auspiciis litteris Graecis Latinisque operam navavit. In hac vetusta doctrinae sede eodem quo ego die, i. e. decimo quinto mensis Decembris anni MDCCCLV, summa cum laude creatus est Litterarum humaniorum Doctor, Philosophiae theoreticae Magister [2]), scripto et defenso „Specimine litterario continenti priorem partem Prosopographiae Aristophaneae" [3]). Iam ante, inde a mense Septembri anni praegressi una mecum litteras antiquas docere coeperat pueros in schola privata viri doctissimi Petri de Raadt, paedagogi eximii, eo

1) Felicissimo praeditus ingenio una cum fratre medico litteras Frisias eximie colebat ditavitque lepidissimis narratiunculis carminibusque popularibus sermone Frisio perscriptis, quibus hodieque eius provinciae incolae admodum delectantur.

2) Hic illa aetate titulus erat apud nostrates, hodie „Litterarum classicarum Doctor."

3) Pars altera, quod dolendum, nunquam scripta est.

tempore florentissima in praedio Noorthey, medio inter pagos Voorschoten et Voorburg prope viam quae Leida ducit Hagam Comitum, in qua schola Princeps Arausiacus, pridem tristi fato defunctus, paullo ante studia praeparatoria absolverat. Mansit ibi usque ad mensem Decembrem anni MDCCCLVI, quo tempore studiorum causa suscepit iter in Galliam, Hispaniam, Italiam, ubi per triennium in bibliothecis publicis plurimos libros manuscriptos Greccos atque Latinos perscrutatus est [1]). In patriam redux, mense Augusto anni MDCCCLX in Gymnasio Harlemensio, in quo iam per quatuor menses vicariam operam praestiterat, Praeceptor creatus est; mox anno MDCCCLXIV Rectoris munere ornatus, ei scholae praefuit usque ad m. Septembrem anni MDCCCLXXVII. Tunc enim Groningam a Rege vocatus est, ut Professor in illa Universitate ordinarius doceret linguam, litteras, antiquitates Graecas artisque Graecae lineamenta, partim locum CORNELII MARINI FRANCKEN, qui nunc dudum rude donatus cathedram suam Groninganam Rhenotraiectina permutaverat, expleturus. Eam provinciam Halbertsma perite obiit usque ad mortem, quae peregrinantem feriis aestivis cum filia natu minima Antverpiae necopinantem oppressit d. XVIII m. Iulii a. MDCCCXCIV. Ingens cum suis (uxor HENRICA MERENS, lectissima femina, quae tres ei filias peperit, iampridem subito et ipsa fato defuncta erat) tum amicis, quibus plurimis utebatur, sui desiderium reliquit, vir si quis alius probus, facetus idem doctus atque acutus.

Corpore praeditus sano ac robusto nec deficiens ab indu-

---

1) Vid. *Epimetrum*. — In eo itinere plerumque me comitem habuit, saepe etiam communem nostrum amicum, qui Parisiis degentibus nobis haud multo post tertium se adiunxit, GUILIELMUM NICOLAUM DU RIEU, virum doctissimum, qui etiamnunc egregie administrat Bibliothecam, cui praeest, Universitatis Leidensis. Iter Hispanum publicis partim sumtibus, auctore inprimis Iano Bakio et intercedente Academia Regia Disciplinarum quae est Amstelodami, peregimus, sed Halbertsma multo diutius quam ego (prius enim in Italiam me contuli) in Hispania moratus est.

stria amicus procul dubio plura scripta reliquisset, nisi myopia qua laborabat semper crescens per XX fere ultimos vitae annos semicaecum, ut leniter dicam, eum reddidisset, ita ut Professor Groninganus ad ludimagistri parum docti, quem amanuensem habebat, auxilium compulsum se videret. Nunc praeter dissertationem academicam et annotationes critici plerumque argumenti paucas in Mnemosyne Batava, item censuras quasdam operum alienorum, Halbertsma edidit tantum *Lectiones Lysiacas*, Traiecti ad Rhenum a. 1868, porro *Onparlementaire beschouwingen over de hervorming onzer Gymnasia*, Haarlemi a. 1876, *Hooger onderwijs in Grieksche taal, letterkunde en oudheden*, Groningae 1877, qua allocutione ad auditores lectiones suas Academicas auspicatus est. Adde Aemilii Baehrens, Professoris litterarum et antiquitatum Latinarum in Universitate Groningana, *Memoriam* satis amplam, Germanico scriptam sermone m. Martio a. 1890, quae reperitur in Bursiani „Biographisches Jahrbuch für Alterthumskunde", pag. 7—46.

Haud ita multis ante obitum diebus Halbertsma litteris mecum communicaverat, plurimas se fecisse in depravatos scriptorum utriusque linguae locos coniecturas, quas si quando rude donatus foret, publici iuris se facturum esse. Quam rem quoniam viro optimo fatum denegavit iniquum, alter eius gener, qui filiam maximam uxorem habet a me, intimo defuncti amico, petivit ut edendi quae socer reliquerat munus susciperem. Recusare me vetuit pia amici memoria. Hoc vero negotio ita functus sum, ut religiose ex ingenti coniecturarum et observationum numero eas fere seligerem quas aut non dudum ab aliis occupatas esse [1]) scirem, aut

1) Complures id genus facile fugere me potuerunt. Quod si ita fuerit, valeat illud: *καὶ δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά.*

eiusmodi esse iudicarem ut nec scriptoribus antiquis nec ipsi auctori dedecori esse videri possent, non omissis tamen quibusdam, quas quamquam minus fortasse probabiles tamen ad verum reperiundum conducere posse existimarem. Quod autem pars emendationum nullo, pars breviore aut longiore commentario adstructa est, hanc inaequalitatem, cui forsitan ipse Halbertsma edens medicatus fuisset, ego procurare nec potui nec volui et religioni duxi in ipso textu quidquam addere de meo: si quid observandum videretur, id paucissimis verbis feci in imis paginis. Cum autem bona pars schedularum sermone vernaculo perscripta esset, neque ipsi mihi satis otii suppeteret, has Latine vertendas tradidi discipulo meo P. Groeneboom, litt. class. candidato, in diiudicandis vero coniecturis Latinis gravem mihi operam praestitit in Franckenii mei cathedra linguae litterarumque Latinarum successor collega coniunctissimus Ianus van der Vliet, cui gratias ago habeoque quam maximas.

Scribebam Traiecti ad Rhenum,
m. Decembri a. MDCCCXCV.

EPIMETRUM

DE CODICIBUS BIBLIOTHECARUM EXTERNARUM,

QUOS DESCRIPSIT AUT ADHIBUIT HALBERTSMA

Quandoquidem Halbertsma nihil de studiis suis in Galliae, Hispaniae, Italiae bibliothecis scriptum reliquit, operae pretium facturus esse mihi videor, si e schedis amici huc pertinentibus, quas una cum libris suis Bibliothecae Universitatis Groninganae legavit, cum eruditis communicavero quos fere codices manuscriptos inspexerit, contulerit, excerpserit, exscripserit.

CODICES PARISIENSES.

Aeschinis cod. Coislinianus 249. Timarcheam integram contulit H. cum editione Bekkeri a. 1823.

Hesiodi cod. Bibl. Imp. [Nat.] 498. Opera et Dies contulit cum ed. Didot. a. 1841.

Appiani Halieutica in cod. Paris. bomb. 498 Suppl. collata cum ed. Didotiana. Finitur vs. 641, nam cetera desunt. Ex eodem cod. descriptus Ὀππιανοῦ βίος.

Κικέρωνος περὶ μνήμης τεχνικῆς. Descriptum opusculum e cod. Reg. 66 Suppl. f. 82. Continet idem codex sed alia manu scriptum Ciceronis *Catonem* Graece versum, cuius non nisi initium exscripsit H. Quae hic codex continet diversissimis manibus exarata sunt, quaedam manu Claudii Capperronarii Parisiensis μηνὶ Δεκεμβρίῳ ͵αωχ΄.

Exscripsit H. folium 138 cod. Par. Bibl. Imp. 497. Suppl. [Versus sunt politici saepe vix legibiles, in quibus agi videtur de paradiso].

Arriani commentarius in Epictetum e cod. Par. Bibl. Imp. Suppl. 65 collatus cum ed. Wolfiana, quae prodiit Londinii a. 1670.

Excerpta e cod. Par. Bibl. Imp. 352 Suppl. (olim Vat. 994)

1) Fol. 155 b versus politici *εἰς τὸν κύριον ΝικηΦόρον τὸν βασιλέα.*

2) Fol. 156 a — *εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην — ἐπιτύμβια.*

E reliquis carminibus bene multis non nisi initia H. descripsit.

Aeliani historia animalium e cod. Par. Bibl. Imp. 352. Suppl. (olim Vatic. 997) collata cum ed. Schneideri ab initio libri I usque ad eius finem. Reliqua collatio legi dicitur in editione Iacobsii ex Halbertsmae libris. Revera tamen tota collatio extat in ed. Tauchnitziana a 1829, quae in libris legati Bibliothecae Groninganae inscripta est „Halb. 10". In pag. prima scriptum: „Collatus cum cod. Par. Bibl. Imp. N° 352 Suppl. „Speciminis gratia omnem varitatem dedi usque „ad librum II et inscriptionum usque ad II: VI. Hic illic „usus sum cod. Par. Imp. 1693, quem appellavi P, ut di„stinguerem a priore, quem designavi ubi opus erat litera S."

Eiusdem operis collatio e cod. Par. Bibl. Imp. 157 b. Incipit cap. 10 a verbis *ἔξω Φέρουσι.*

Συριάνου τοῦ Φιλοξένου εἰς τὸ Γ τῆς μετὰ τὰ Φυσικὰ Ἀριστοτέλους πραγματείας ἔΦοδος. Descripta e cod. Coisliniani 161, fol. 266.

Sapphus *ode* in Dionysii libello de compositione verborum descripta e cod. Reg. Par. 1741.

Bacchylidis *ode* (Bergk.[1] p. 761) descripta e cod. Reg. 1741, f. 225 a.

Pindari *fragmentum* (Berg.[1] p. 226) e cod. Reg. 1741, f. 217 b descriptum.

Sophoclis Aiax e cod. chartaceo Par. Bibl. Imp. 493. Suppl. collatus cum ed. Didotiana.

Kusteri adversaria descripta e Bibl. Imp. Par. 261. Suppl.

Phocylides e cod. Bomb. Bibl. Imp. 95 Suppl. collatus cum ed. Bergkii prima.

Addo, de quo in schedis siletur, Demosthenis cod. Σ (reg. Par. 2934), cuius particulam, i. e. orationis *de Corona* § 1 — § 109, H. contulit cum ed. Teubneriana a. 1852, quae est in legato „Halb. 1". Ita certe collata Bekkeri varietate suspicor, nihil enim ipse monuit. Deinde ex cod. Reg. Par. 1741, f. 102 b Dionysii Halicarnassensis *ep. II ad Ammaeum* collata cum ed. Tauchnitz vol. VI a. 1829, in legato „Halb. 5." et indidem a f. 2004 alia opera eiusdem rhetorica collata cum vol. V pag 1 — 221 (Halb. 6).

Praeterea in Halbertsmae schedis huc pertinentibus reperio fasciculum, quem sua manu olim inscripsit: *Apparatus criticus ad Synesium.* Continet apographum *Hymnorum*, quos descripsit e cod. Paris. Bibl. Imp. 1039, membr. sec. XII, fol. 167b — 176, exaratos quadrinis, trinis, binis columnis et contulit cum editione Henrici Stephani editione Paris. 1568. Hymnorum ordo 3. 4. 5. 6. 2. 7. 8. 9. 1, decimus enim deest. Praeterea fasciculo inest apographum Hymnorum factum partim e codice Vaticani 1394, partim ex ed. Romana Brunelli, notatis rubro atramento in ipso textu Vaticani varietatibus. Praeterea adhibuit cod. Vat. 1390.

CODICES ESCORIALENSES.

Gregorii *Nazianzeni* *εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια εἶτ' οὖν γενέθλια τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ* libellus e cod. III Φ 20, f. 151 sqq. collatus cum ed. Aldina a. 1516.

Eiusdem *λόγος εἰς τὴν καινὴν κυριακὴν καὶ εἰς τὸν μάρτυρα μάμαν κτἑ.*, inde a fol. 233.

Eiusdem εἰς τὸ πάσχα κτέ., inde a fol. 279, collatus cum ed. Basil. Hervag.

Cyrilli archiepiscopi Alexandrini (f. 247 v. sqq.) εἰς τὸ μυστικὸν δεῖπνον καὶ εἰς τὸ νίμμα libellus descriptus. Incipit τί τερπνότερον ἢ τί ἡδύτερον τοῖς φιλοθέοις et finitur verbis εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Hesychii presbyteri Hierosolymarum εἰς τὴν ὑποπαντὴν (sic) τοῦ κυρίου libellus [f. 188 v. sqq. ibid.]. Incipit Ἡ μὲν ἑορτὴ λέγεται καθαρσίων. Finitur f. 194: νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν. Exscriptus.

Procli archiepiscopi Constantinopolitani ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον f. 95 v. ibidem. Incipit ὁ μὲν αἰσθητὸς ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἀνατέλλειν, finitur (f. 101) ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. Exscriptum.

Germani episcopi Constantinopolitani libellus εἰς τὴν παναγίαν θεοτόκον ὅτι προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ τριετίζουσα ὑπὸ τῶν αὐτοῦ γυναίων. Incipit (f. 45 ibid.) ἰδοὺ καὶ πάλιν ἑτέρα πανήγυρις. Finis (f. 81) τῷ ζωοποιῷ πνεύματι νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν καὶ συβάσμιον κοίμησιν τῆς ὑπερενδόξου εὐλογημένης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου μαρίας. Incipit ib. f. 351 Φήμη καλὴ καὶ ἀγαθὴ λιπαίνει κατὰ τὸ γεγραμμένον ὀστᾶ. Finis (p. 359) ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. ἀμήν. Exscriptum.

Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ θεοδώρου ἡγουμένου τῶν στουδίων ἐγκώμιον εἰς τὸ γενέσιον τῆς παναγίας ἐνδόξου θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου μαρίας ἐν ᾧ τὰ ἑξήκοντα χαῖρε. Incipit fol. 9 v. λαμπρῶς πανηγυρίζει ἡ κτίσις σήμερον. Finis f. 20 v. νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν. Exscriptum.

Amphilochii episcopi Iconii λόγος εἰς τὴν θεοτόκον καὶ εἰς τὸν συμεῶνα καὶ ἄνναν. Incipit f. 180 v. Πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων τὴν παρθενίαν θαυμάζουσιν. Finis f. 188 v. ἡ δόξα

καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. Exscriptus.

Anonymi περὶ τοῦ πλανηθέντος παιδός. Incipit f. 399. Ἑλλάδιος ὁ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ αὐτόπτης καὶ ὑπηρέτης γενόμενος. Finis f. 405 v. ἀσιγίτω (sic) στόματι δοξάζοντα καὶ αἰνοῦντα τὸν θεόν. ἀμήν. Exscriptus libellus.

Anonymi περὶ τοῦ ἁγίου ἐφραίμ. Incipit f. 405 v. ἀδελφοί, διήγησιν βούλομαι ποιήσασθαι. Finis f. 408 v. καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτόν. Exscriptus libellus.

Ioannis *Chrysostomi* λόγος εἰς τὴν γένναν τοῦ κυρίου καὶ εἰς τὴν θεοτόκον ἀλφάβητος. Incipit f. 62 v. ἀδιήγητον πέλαγος δι' αἰώνων. ἀμήν. Finitur f. 65 v. νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem εἰς τὴν γέννων τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. Incipit fol. 65 v.: πολλαὶ μὲν καὶ ἀνηριθμητοὶ τῶν χριστιανῶν αἱ θεοφιλεῖς πανηγύρεις. Finis f. 69 v. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. Exscriptus libellus.

Eiusdem εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ κ. ἡ. ἰ. χ. Initium fol. 69 v. μυστήριον ξένον καὶ παράδοξον βλέπω, finis f. 79 v. νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem εἰς τὴν χριστοῦ γέννων. Initium f. 79 v. λαμπρὰ καὶ παράδοξος τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις, finis f. 82 v. καὶ νῦν καὶ ἀεὶ κ. ε. τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ κυρίου ὑμῶν. Initium f. 83 r. ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἀνέτειλεν ἡμῖν σήμερον, finis f. 86 r. αὐτῷ ἡ δόξα ε. τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem ἐγκόμιον (sic) εἰς τὸν ἅγιον στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα. Initium f. 86 v. πάντες μὲν οἱ τῶν μαρτύρων ἀγῶνες ἐπίδοξοι, finis f. 95 v. νῦν καὶ ἀεὶ κ. ε. τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem λόγος εἰς ἅγια θεοφάνια. Initium f. 152 v. Ἀνυγέσθω (sic) σήμερον πᾶν στόμα πρὸς θεολογίαν, finis f. 160 r. δόξα εἰς τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem λόγος εἰς τὰ ἅγια ἐπιφάνια καὶ περὶ τοῦ τοὺς πιστοὺς μετὰ τὴν κοινωνίαν παραμένην (sic) καὶ κοινῇ τὴν τελευταίαν εὐχὴν ποιεῖσθαι. Initium f. 160 v. πάντες ὑμεῖς ἐν εὐθυμίᾳ σήμερον, finis f. 172 v. νῦν καὶ ἀεὶ κ. εἰς τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem λόγος εἰς τὸν τετραήμερον λάζαρον καὶ εἰς τὸν υἱὸν τῆς χήρας. Initium f. 215 r. Πᾶσα ἔνθεος διδασκαλία συνάγειν εἴωθεν τῶν Φιλομαθῶν ἀνδρῶν τὰς ὀΦιλάς (sic), finis f. 225 v. εἰς τοὺς αἰῶνας τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem λόγος εἰς τὰ βαΐα. Initium f. 225 v. Ἤδη τῆς δεσποτικῆς πανηγύρεως προλάμπει τὰ χαρίσματα, finis f. 232 r. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem λόγος εἰς τὰ βαΐα. Initium f. 932 v. Ἐκ θαυμάτων ἐπὶ τὰ θαύματα τοῦ κυρίου βαδίσωμεν ἀδελΦοί, finis f. 241 r. δόξαν αὐτῷ ἀναπέμποντες εἰς τοὺς α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem λόγος εἰς τὴν πόρνην καὶ εἰς τὸ μύρον. Initium f. 241 r. Πάντοτε μὲν ὁ θεὸς ὡς Φιλάνθρωπος καιρὸν εἰς μετάνοιαν τοῖς ἁμαρτωλοῖς δέδωκεν, finis f. 247 r. νῦν καὶ εἰς τοὺς α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem λόγος εἰς τὴν ἁγίαν παρασκευήν. Initium f. 256 v. Πεπλήρωτη (sic) ἡμῖν λοιπὸν ὁ τῆς νηστείας ἀγών, finis f. 264 r. νῦν καὶ εἰς τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem λόγος εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. Initium f. 282 r. Εὔκαιρον καὶ παναρμόνιον καὶ πρέπον τῷ παρόντι καιρῷ πισθέντας (sic) ἡμᾶς τῷ ἱεροψάλτῃ δαῒδ λέγειν, finis f. 285 r. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ε. τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem λόγος εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου· μεσούσης τῆς ἑορτῆς ἀνέβη ὁ ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν καὶ ἐδίδαξεν. Initium f. 292 v. Ἀρτίως ἠκούσαμεν τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος, finis f. 296 r. ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ε. τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem λόγος εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ descriptus et collatus Matriti cum ed. Montfalc. Tom. III p. 778, a qua multum discrepat. Incipit fol. 296. Εὐλογητὸς

ὁ θεός· εὔκαιρον σήμερον ἅπαντας ἡμᾶς ἀναβοῆσαι τὸ προφητικόν, finis f. 301 r. νῦν καὶ εἰς τ. α. τ. ἀμήν.

Eiusdem λόγος εἰς τὴν ἁγίαν πεντηκοστήν. Initium f. 301 r. οὐρανὸς ἡμῖν γέγονεν σήμερον ἡ γῆ, finis f. 308 r. νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους πάντας. Initium f. 308 r. δεῦτε σήμερον ἀδελφοὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων τὴν πανσεβάσμιον μνήμην φαιδρῶς πανηγυρίσωμεν, finis f. 323 r. νῦν καὶ εἰς τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptum.

Eiusdem λόγος εἰς γενέθλιον τοῦ προδρόμου. Initium f. 323 r. Εὔκαιρος ἡμέρα ἑορτῆς καὶ πανδήμου χαρᾶς, finis f. 332 v. νῦν καὶ εἰς τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem ἐγκώμιον εἰς τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων πέτρον καὶ παῦλον. Initium f. 332 v. Οὐρανοῦ καὶ γῆς ἅμιλλαν ὁρῶ, finis f. 337 v. νῦν καὶ εἰς τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem λόγος εἰς τὴν ἁγίαν χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν μεταμόρφωσιν. Initium f. 337 v. Ἤκουες οὖν ἀρτίως τοῦ δεσπότου χριστοῦ λέγοντος, finis f. 341 r. νῦν καὶ ἀεὶ καὶ ε. τ. α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Eiusdem εἰς τὴν ἀποτομὴν τοῦ ἁγίου ἰωάννου τοῦ προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ. Initium f. 359 r. Ὥσπερ τις ἀνὴρ φιλέρημος ἔν τινι τόπῳ ἀλσώδει ὑπόδενδρα σκιαζόμενος, finis f. 364 ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς α. τ. α. ἀμήν. Exscriptus.

Cod. Esc. Τ — II — 9, fol. 157 v. *Ioannis Chrysostomi* εἰς τὸν ἄσωτον sermo collatus cum cod. Esc. Φ — III — 20, f. 411 r. Initium Ἀεὶ μὲν τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν κηρύττειν ὀφίλομεν (sic), finis f. 417 v. φθόνου ἐγένετο δοῦλος ὁ πατήσας τὰ τοῦ βίου. .... Caetera desunt. Posterior pars huius fragmenti descripta est e cod. Φ — III — 20.

Quae hactenus amici mei manu scripta recensui paginas implent 218, has vero excipiunt in schedis eius paginae notatae numeris 219—233, quarum ratio me fugit. Scilicet

inverso ordine in marginibus sinistris notatos reperio numeros foliorum (cod. T — II — 9?) 113 v. — 101 v., ita ut bibliopego haec confusio tribuenda videatur. Cf. etiam foliorum in praegressis notatio. Quae in iis leguntur omnia ecclesiastici argumenti sunt et, nisi fallor, ex eodem Ioanne Chrysostomo sunt descripta.

Cod. Escor. I — Φ — 1. HAMARTOLI chronica. Initinm *Γεωργίου οἰκομενικοῦ διδασκάλου πρόλογος σὺν θεῷ χρονικῆς ἱστορίας.*

Ἄλλοι μὲν τῶν ἔξω φιλολόγοι καὶ λογογράφοι ἱστορικοί τε καὶ ποιηταὶ καὶ χρονογράφοι τὰς τῶν ἀρχαίων βασιλέων καὶ δυναστῶν καὶ τὰς ἀνέκαθεν φιλοσόφων καὶ ῥητόρων τε καὶ τῶν ἐπ' εὐγλωττίᾳ καὶ δεινότητι λόγων ἢ στομυλία (sic) *διαθρυλλουμένων πράξεις καὶ ῥήσεις — συγγεγραφότες κτλ.* Post prologum sequitur titulus *χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ γεωργίου μονάχου.* Opus descripsit e codice amicus foliis 92. In MS. legitur fol. 155 r.—187 v.

Alius schedarum fasciculus continet foliis fere 171 descriptiones multorum codicum Escurialiensium factum alphabetico scriptorum ordine.

AGRONIS III — E — 11 et III — E — 12 chart. a. 1474 et 1459.

BASILII III — R — 23, cuius prima folia membr. 1—167 sunt antiquissima, reliqua sec. XIII, scriptus litteris Longobardicis. Pars antiquior diligentissime descripta est.

BOETHII III — F — 18 membr. sec. XIV de cons. phil. libri V.

CASSIODORI III — Q — 18 membr. sec. XIII exeuntis. III — F — 18 membr. sec. XIV. III — D — 21 membr. sec. XIV. II — A — 16 membr. sec. XIV.

CICERONIS IV — F — 18, cuius folia prima 137 membr. sunt sec. XIII, reliqua 11 chartacea manu recentissima exarata.

Fol. 1 continet nescio cuius tractatum rhetorici argumenti, cuius initium *Materia cuiuslibet artis*, finis *ne quid interea defluat.* Continet libros *de Inventione* (Rhetorica vetus Tullii vocatur) et *Rhetoricorum ad Herennium* (Rhetorica nova Tullii audit). In fol. 135 v. *Epitaffia* (sic) *Tullii patris eloquentie secundum diversos*, quorum nomina sunt *Uforbius, Iulianus, Ylagius, Paladius, Asclepidius, Iustenius, Onpilianus, Zyximinus, Vitalis*; sunt 50 fere versus. Pars recens non nisi quisquilias continet.

CLAUDIANI III — S — 29. Membr. sec. XIII cum var. lect. a m. 1 et scholiis. Continet *raptum Proserpinae* (inter libros II et III est *prologus carminis in VI consulatum Honorii*). Libri III desideratur finis inde a vs. 438, duobus excisis foliis. Tum libros duos IN RUFINUM, *panegyricos de III et IV Honorii consulatu*, *duo epithalamia in nuptias Aug. et Mariae*, *panegyricum de Theodori consulatu*, libros II *in Eutropium eunuchum*, *tres panegyricos de Stilicone*. Codex est satis bonae notae. III — O — 25 membr. sec. XIII. Insunt liber II *in Rufinum* inde a vs. 136, *de bello Gildonico* sine prologo, duo libri *in Eutropium*, duo epithalamii *in nuptias Honorii et Mariae*, panegyricus *de Manlii consulatu*, tres panegyrici *de Stilicone*, panegyricus *de VI consulatu Honorii*, *de bello Getico*, *de raptu Proserpinae* libri III, quorum ultimus desinit in vs. 437, reliqua paginae parte vacua relicta. Inter librum II et III repetitur praefatio panegyrico de VI Honorii consulatu praemissa.

FULGENTII. Vid. PAULLI DIACONI.

Grammaticus codex II — Q — 15 membr. sec. XIII ineuntis. Continet quisquilias grammatici argumenti, fortasse commentarium in Donatum. Legitur certe fol. 21: *Incipit iam tractatus de partibus orationis, sed primum de eo, quod dicit Donatus „partes orationis sunt octo"* Initium codicis: *Uniuscuiusque*

rei scientia quaeritur ethimologia ipsius artis. Finitur versibus elegiacis, quorum primus est *Nocte dieque gemo dominum et sentio tristem.*

Guilielmi Octaviensis II — P — 6. In hoc codice, Ecclesiasticum cum commentario continenti, 29 folia sunt membranacea sec. XIII. In fol. I „Incipit prologus Guillelmi (sic) octaviensis monachi in libro primo Donati grammatici seu Prisciani peritissimi. Incipientibus artem grammaticam primo disserendum occurrit, quid sit ars grammatice, quod genus eiusque partes ipsius". Paullo post „Titulus igitur Donati in hoc opere hic est. Incipit prima edicio Donati grammatici urbis Romae. Primum itaque videndum est quot nominibus titulus nuncupatur" cett.

Horatii IV — C — 21 chart. sec. XV exeuntis cum var. lect. Insunt omnia praeter artem poeticam. Inest praeterea Pseudogalli elegia, quae incipit *Lydia bella puella est.* III — S — 10. Vid. Iuvenalis. II — F — 5 membr. a. 1484 cum miniaturis quae dicuntur. Deest *Ars Poetica.* In Epistulis aliquot folia permutata sunt cum foliis cod. Senecae eadem manu scriptis. Transscripsit Antonius Sinibaldus Florentinus pro Io. de Aragonia Cardinali Florentiae. III — S — 20 chart. sec. XV exeunt. Deest *Ars poetica.* II — L — 20 chart. sec. XV. Deest *Ars poetica.* III — O — 24 membr. sec. XIII. Insunt omnia Horatii opera. III — S — 30 membr. sec. XIII ineuntis, si recte H. legit subscriptionem, quam vix legi posse dicit: *primo die Setebris* MCCIIII. Continet *Artem poeticam*, *Sermones*, *Epistolas.* Cetera desunt. III — O — 17 membr. sec. XIII, refertus annotationibus et glossis tam marginalibus quam interlinearibus. Omnia vulgato ordine continet, nisi quod *liber poeticae doctrinae* (i. e. Ars poetica) legitur post *librum secundum Epodon* (i. e. carmeu seculare). Provenit e Bibl. Jo. Jac. Chiffletii.

Inscriptiones III — F — 24. Chart. inc. aet. fort. sec. XVII ineuntes. In prima pagina „Epigrammata antique Urbis Tarraconensis. *Camilius. Agileius. se vivo scribi iussit sic: non fui. deinde fui. modo non sum.* Librum hunc continentem 64 epigrammata se accurate totum descripsisse addit amicus, sed apographum in schedis eius non amplius extat. Fortasse igitur donavit Corporis Inscriptionum Latinarum conditoribus.

Isidori III — P — 10 membr. sec. IV exeuntis. Continet Isidori sententiarum libros III, omisso ultimo libri III capite. I — B — 10 membr. sec. XIII. Continet *Originum* libros XX. I — K — 12 membr. sec. XIV. Continere videtur librum de natura rerum et III libros sententiarum. Dubitabundus ita scribit H. III — M — 4 membr. litt. Longobardicis exaratus sec. X vel XI. Praeter alia insunt fol. 50 prima V capita libri septimi *Originum*, et fol. 64 v. eiusdem operis particula inde a. XIII, 4 usque ad verba *eamque pene in orbem iungit*, quae alicubi in libro XIV quaerenda sunt. I — B — 11 membr. sec. XIV. Insunt Origines. I — & — 3 membr. litt. Longob. a. MXLVII, 12 Kal. Sept. pulcherrimis insignis figuris maximam partem Arabicis. Continet Origines aliaque. II — Q — 24 membr. litt. Long. sec. XI. Insunt *epistola ad Braulionem et Origines.* 1 — P — 7 membr. litt. Long. sec. XI. *Origines.* II — R — 11 membr. sec. XIV. Origines. III — R — 9 membr. sec. XIII. *Origines cum epistola.* I — P — 8 membr. litt. Long. sec. X aut XI. *Origines*, sed mutilae. I — & — 14 membr. litt. Long. sec. IX non posterior (in bibl. capituli Toletani asservatus) [1]) misere truncatus. Praeter Origines continet librum *ad Helvidiam de aliis questionibus*, decem numero, et librum *epistolarum*, aliaque multa.

---

1) Toleti igitur hunc librum inspexisse videtur.

I — P — 6 membr. partim litt. Long. sec. XI partim vulg. sec. XIV. Valde mutilus habet Originum partem. I — & — 2 membr. sec. XIV. Insunt Origines cum indice alphabetico, cui aliquot folia desunt. IV — F — 8 membr. a. MCCCCLXVII. Continet *Synonymorum* libros II, *Sententiarum* III et alia. IV — C — 23 membr. a. MCCCCLXVIII. Insunt liber *de ortu vita et obitu sanctorum patrum, qui in scripturarum laudibus refferuntur*, *Additio ad hunc librum*, maior pars libri *de ecclesiae officiis*. III — C — 20 chart. sec. XVI. Inest liber *Synonymorum*. III — C — 17 membr. sec. XIII. Inest commentarius in sacram scripturam.

Iuvenalis III — S — 10 membr. sec. XV. Insunt praeterea Persius et Horatii quaedam opera. Fuit Mendozae. III — S — 16 membr. (Mendozae). Tria continet MSS., duo sec. XV, unum sec. XIV, fol. 1—21 Persius, 21—98 Iuvenalis, 98—165 Iuvenalis, 165—177 Persius. III — S — 10 membr. sec. XV. Insunt Iuvenalis, Persius, Horatii quaedam. Mendozae. (Alius codex, cuius folia 181 — fin. describuntur, sed priorum descriptio cum titulo periisse videtur). III — E — 13 chart. a. 1462. III — S — 1 membr. sec. XIV extr., cuius fol. 1—85 Iuvenalem, 85—fin. Terentium continent.

Laurentii Ruzii III — Э — 27 chart. a. 1476. L. Ruzii Marescalci *liber de equo et Hippiatrica*, 183 capitulis, quae ordine recensentur in primis IV foliis.

Livii. Livii codicum, quorum alius alio nequior (unus et alter est sec. XIV, plurimi sec. XV), aetates non notavit amicus. Primam decadem continent I — g — 3, II — g — 3, I — g — 7, II — g — 2, II — g — 4, I — g — 6, II — g — 1; tertiam I — g — 4, I — g — 5, I — g — 9, I — r — 4; quartam (sine l. 33) I — g — 8 et I — g — 13, quibus etiam insunt prima et tertia.

Lucani III — G — 6 membr. sec. XIV ineuntis. II — M — 8

chart. sec. XV mutilus. III — E — 14 chart. sec. XV. II — M — 7 membr. III — O — 28 membr. sec. XIII.

Macrobii III — E — 18 membr. sec. XIII scriptus a stupidissimo librario, sed hic illic praebens lectiones haud contemnendas, ut II, 1, 3, ubi om. praep. in verbis „nec *in* moribus Socrate minor." III — S — 5 membr. sec. XIII extr. duo continet mscr., alterum 71, alterum 64 foliorum. E libris Mendozae. IV — E — 24 membr. sec. XIII. I — Q — 1 membr. sec. XV. III — M — 22 membr. sec. XV. I — Q — 21 membr. sec. XIV. II — N — 1. Vid. Plauti.

Martialis III — E — 16 chart. sec. XV exeuntis. Continet etiam Georgii Mesulae epistolam et epigramma Raphaelis Zovenzonii Istri in Martialem praemissa ed. principi Venetiis c. a. 1470. II — S — 11 chart. sec. XV exeuntis ex exemplari typis expresso. Prima folia perierunt et incipit Martialis inde a Lib. I, 5, 5. II — M — 6 chart. sec. XV cum var. lect. in marg.

Memorialis liber nescio cuius viri docti sec. XVII continens varias lectiones in Horatium, Tibullum, alios. IV — G — 22 chart.

Nonii Marcelli II — E — 7 membr. sec. XV. In folio praefixo annotatum est: *cum annotationibus Becichemii.* — I — Q — 15 membr. sec. XV.

Onosandri III — G — 18 chart. sec. XVI. *Onosander ad Q. Verannium de optimo imperatore eiusque officio per Nicolaum Saguntinum e Greco in Latinum traductus.* Inest praeterea liber Pauli Morazeni *viri patricii Veneti de origine vetustate ac incremento clarisque facinoribus Venetiarum dominii et urbis adversus emulos et detractores* et eiusdem *Origo, vetustas, clara facinora illustris dominii Venetiarum et urbis, deque comitiis regimineque.*

Paulli Diaconi III — G — 9; fol. 1 — 62 chart. sec. XVI

continent Paulli *Epitomen Festi*, reliqua 13 membr. sec. XIV *praefationem in Vergiliocentona* PROBE *gentilium carmina ad obsequium fidei retorquentis.* In fine est *Explicit Virgiliocentona Probe cuius Homerocentonam non habet Latinitas, sicuti Virgiliocentonam non habet Grecia*, cett.

III — O — 31 membr. sec. XI vel XII ineuntis. Fol. 1—118 Paulli diaconi *Epitome Festi* sine Inscriptione, fol. 118—123 FULGENTII libellus *de abstrusis sermonibus.* In fol. 123 explicantur vocabula quaedam minus usitata, e quibus nonnulla excerpsit amicus. III — K — 12 chart. a. 1455.

PERSII vid. IUVENALIS et VARRONIS.

PLAUTI III — E — 13 chart. a. 1441. Comoediae octo cum scholiis. I — Q — 13 membr. sec. XV. Comoediae viginti (prima Amphitryo, ultima Truculentus). II — N — 1 membr. sec. XV ineuntis. Amphitryo, Asinaria, Aulularia, Captivi, Curculio, Casina, Cistellaria, Epidicus. Inde a fol. 121 inest MACROBII — Saturnaliorum, quorum deest finis. II — F — 8 membr. sec. XIV exeuntis. Viginti insunt fabulae, quarum prima Amphitryo, ultima Truculentus.

PLINII MAIORIS I — V — 14 membr. sec. XIV ineuntis. Incipit a verbis „[se]curitatem auctori placuisse (Vol. I p. 25 ed. Franzii) et finitur in med. cap. 76 libri XXXVII in verbis „Primum pondere". I — Q — 4 membr. sec. XIV. Inest praeterea *Vita Plinii ex catalogo virorum illustrium Tranquilli. Naturalis Historia* desinit in iisdem verbis quibus codex praecedens.

PLINII MINORIS III — N — 10 membr. sec. XV. Insunt *breve iudicium ad discretionem duorum Plinorum* cett. (fol. 1—3) et *Epistolarum libri IX* priores cum *Tabula omnium epistolarum Plinii secundi* cett. II — O — 22 chart. sec. XIV exeuntis vel XV ineuntis. Habet libros IV priores et VI epistolas quinti.

POMPONII LAETI membr. sec. XVI ineuntis mutilus a prin-

cipio; incipit a verbis *ab seculis nostris remota sunt.* Finis fit in verbis *Praefuerunt omnes an. LXXXVII finis.*

III — 9 — 27. Vid. VARRONIS.

PRISCIANI III — G — 22 membr. sec. XIII. *Institutionum* libri XVI priores. IV — C — 19 membr. sec. XIII. Insunt iidem. III — S — 19 membr. sec. XIII et XIV, interiectis chartaceis sec. XVI. Fol. 1—20 continent fragmentum nescio cuius grammaticae, 20—74 particulam *Institutionum* Prisciani, 74—81 DONATUM *de partibus orationes*; fol. 83—93 DONATUM *de octo partibus orationis*, fol. 93—107 nescio cuius grammaticam puerorum in usum factam, fol. 107—fin. *Catonis disticha*, interpolata.

PROPERTII IV — C — 22. Vid. TIBULLI.

SERVII II — F — 6 chart. a. 1460. *Commentarii in Aeneida.* II — F — 10 membr. sec. XIII praeter duo folia sec. XV. *Commentarii in Bucolica et Aeneida.* In fine unum folium deesse videtur. Desinit in medio scholio ad Aen. XII 357. — II — F — 17 membr. sec. XIII ineuntis. Folia quaedam addidit man. recens. Hic et qui praecedit codex optimae notae sunt, liberi interpolationibus et plerumque cum optimis conspirant. (Secuntur nonnulla specimina).

SUETONII II — T — 21 membr. a. 1373, satis bonae notae liber, continet *Vitas XII Caesarum.*

TERENTII III — O — 11 membr. sec. XV exeuntis III — C — 2 duo continet codd. (e Mendozae libris), priorem chart. sec. XV, alterum chart. a. 1482. III — F — 11 (Mendozae) membr. sec. XIV cum notis ad marginem et inter versus. IV — D — 4 membr. sec. XVI, exciso primo folio (bibliothecae illo tempore praefectus, homo stupidissimus, in catalogo suo notaverat scilicet *Dialogus incerti auctoris*!). II — O — 17 chart., intermixtis membranis aliquot, sec. XIV. I — N — 1 membr. sec. XIV. Habet 6 comoedias. II — N — 12 chart., inter-

mixtis paucis membranis, sec. XV. III — S — 3 membr. sec. XV aut XIV exeuntis (Mendozae). In Fol. 104 leguntur quaedam obscuri argumenti; folia 21 membr. sec. XIV continent Augustini dicta a PROSPERO quodam elegis expressa, de quibus quaedam communicat cum lectore amicus. III — S — 23 membr. sec. XI. Fol. 1—21 insunt Argumenta sex comoediarum cum futili explicatione quorundam vocabulorum e didascaliis, fol. 21 sq. notae Tironianae, f. 23 vita Terentii, prolixius repetita in f. 24, multo emendatius scripta quam vita in cod. Oxoniensi unde descripsit Abr. Gronovius. Quicumque hanc vitam composuit, incredibili stupore fuisse exemplo demonstrat H., fol. 26 v.—107 v. Andria, Eunuchus, Heautontimorumenus, Adelphi, in cuius fabulae act. V, sc. 9, vs. 13 desinit codex. Insunt didascaliae et scholia pretii nonnullius. Textum cum editis contulit H., scil. cum ed. Tauchnitziana a. 1826, quae in Bibl. Gron. legato signata est „Halb. 3". In fol. 109 sq. sunt duo fragmenta argumenti ecclesiastici. Inter fol. 8 et 9 bibliopega inseruit fol. 8 sec. XIII continentia futiles commentarios de Terentio et de comoedia, et notulas ad Andriam.

TIBULLI IV — C — 22 chart. sec. XV fol. 1—39. Tum CATULLI carmina, inde a fol. 85 PROPERTII elegiae, a fol. 161 OVIDII Heroides, in fol. 165 personati GALLI elegia (ap. Wernsdorf. P. L. min. III p. 398), in fol. 165 v. priores 126 versus *Phoenicis* (auctore ut vulgo habetur C. COELIO LACTANTIO FIRMIANO), a fol. 169 CATULLI carmina alia scripta manu quam superiora. Variae lectiones in margine nihil novi, quod bonum sit, continent.

VARRONIS III — S — 27 chart. sec. XV ab initio mutilus. nest *Interpretatio trium librorum Varronis de lingua Latini* OMPONII LAETI, VARRONIS *de lingua Latina* liber IV et pars uinti. Desinit cod. in verbis „Vortumnalia a Vortumno, cui

ferie tum Octobri". III — O — 29 chart. sec. XV. Varronis continet quae supersunt de Z. L. III — G — 20 membr. a. 1412. Continet eadem. In eodem cod. 11 folia sunt sec. XIV, in quibus Persii satyrae.

Vergilii II — S — 15 chart. sec. XV (Mendozae). Insunt Bucolica, Georgicon, Aeneis. Incipit ab Ecl. II, 10, nam unum folium deesse videtur. In fol. 286 sunt Pseudo-Octaviani vss. *Ergone suppremis* cett. I — F — 19 membr. sec. XV ineuntis a. 1407. Bucolica, Georgicon, Aeneis, Culix. II — F — 22 membr. Buc. Georg. Aen. Fol. 201 r. *Cornelius Gallus, ne hoc opus combureretur, in hunc modum allocutus est Caesarem: Temporibus laetis* cett. Vs. 2 habet: quem *gemo*, 7 *nempe* iterum, 8 tua *fata*. Ibidem *Valerius Martialis, seu, ut quidem dicunt, Stultocius* (*sic*) *Carthaginiensis — in hunc modum supplicavit: Iusserat haec rapidis* cett. Ibidem *Carmina Octaviani Caesaris Augusti, ne hoc opus flammis aboleretur. Ergone supremis* cett., unde H. praeter varias quasdam lectiones notavit post vs. 14 insertos hos versus:

illum, illum Aeneam nesciret famaque perhennis,
docta Maroneo caneret nisi pagina versu

et pro vss. 26. 27 hosce:

Ardebit miserae *narratrix forma Creusae?*
sentiret appositos Cumana Sybilla vapores?
ureret Tiriae post funera vulnus Elissae,
et iurata mori, ne cingula reddat Amazon?
tam sacrum solvetur opus? tot bella, tot enses

comparari iubens VIII vs. 3 sqq. inter grammaticorum testimonia apud Wagnerum. Tum pro vss. 34—36 hos:

Si vetuisse meum satis est post tempora vitae,
non taceat mecum eterna resonante Camena,
immo sit eternum tota resonante Camena
carmen et in populo divi sub nomine *notum*.

II — F — 9 (Mendozae) membr. sec. XIV ineunte, nisi quod tria ultima folia sunt multo recentiora. Buc. Georg. Aen. In parte recentiore sunt priores 99 vss. *Catonis*, qui dicitur, *Dirarum*; non Vergiliani Moreti, ut vocavit librarius. III — F — 1 chart. (Mendozae). Inest Aeneis. II — F — 18 membr. a. 1467. Aeneis. II — F — 11 membr. sec. XIV. Aeneis III — F — 13 (Mendozae). Aeneis. III — F — 14 membr. sec. XV. Buc. Georg. Aen. et Maphii Veghii Aeneidos lib. XIII, cuius initium *Turnus ut extremo devictus marte profudit*, et finis *Indigetem appellat templisque imponit honores*. In fol. 236 sq. sunt nugae poeticae grammaticorum. II — S — 20 liber typis pulcherrimis expressus in membranis a. 1470 (Mendozae e libris). III — T — 2. membr. a. 1467. Buc. Georg. Aen. cum Maphii libro XIII. II — S — 19 membr. sec. XV. Buc. Georg. Aen. III — R — 4 membr. sec. XII. Continet praeter Aeneidem epigrammata, epitaphia, alia et vitam Vergilii. Codex est satis bonae notae.

Vitruvii III — F — 19 membr. sec. XIV. fol. 1—84. Vitruvii de architectura libri X. Secuntur tractatus quidam. Curiosa est subscriptio ΛΗΓΗΝΘΤ̇ΟΤ̇ΘΛΗΘΠΡΗΦΗΧΘΟΡΛ (legenti vita et praefectura) CΧΡΤ̇ΠΘΩΡΤ̇ΟΙΘΛΗΘΜΤ̇CΗΡΤ̇-ΧΩΡΔΤ̇Λ (scriptori vita et misericordia).

Non nisi excerpta dedi ex iis quae Halbertsma de his codicibus scripsit.

Praeterea in schedis amici reperio notitias et excerpta e codicibus Graecis Escorialensibus hisce: X — IV — 10. T — II — 6. V — III — 10 (iniuria vocatur in catalogo codex antiquus. Ciceronis est de oratore a. 1427). γ — I — 13. P — H — 9 et 10. R — II — 11. I — F — 18. Σ — II — 14. — III — R — 3. III — Ω — 15. Σ — II — 7. fol. 325—329, quae continent Xenophontis libellum de Rep. Laced.. Contulit H.

cum ed. Stephani a. 1561, pag. 393 sqq., eaque collatio (exigui sane pretii) extat, ut et cod. Χ — IV — 10 foliorum X extremorum, quae partem collectionis proverbiorum κατὰ στοιχεῖον continent, collatorum cum Apostolio Leutschii p. 376.

Cod. Escor. III — Τ — II continet librum Ἀθηναίου περὶ μηχανημάτων 1, quem una cum aliis similis argumenti tractatibus descripsit H. Inde descriptus videtur cod. Matritensis O — 42, quem contulit cum ed. Parisiensi Mathematicorum a. 1693; varias autem lectiones cum cod. Escurialensi comparavit. In schedis amici paginas reperio 245 partim variis lectionibus partim textu poliorcetici argumenti repletas.

CODICES TOLETANI.

49—5 membr. sec. XV aut XIV (Cf. Haenel col. 994). Inest Iustinus, sed sine titulis et prologis. Contulit H. cum ed. Tauchnitzii a. 1843, quae est in legato Bibl. Gron. „Halb. 15". Praeter H. nemo contulit. Cf. Rühl, die Textesquellen des Iustinus Fleck. Jahrb. Suppl. 6 (1872/73).

49—6 membr. sec. XV aut XIV. Iustinus cum prologis. Illum cum ed. Tauchn. 1, hos cum Fischeri ed. Lips. 1767 contulit H. Sequitur collatio. Inde a libro XVIII non nisi selecta se dedisse ait, cum toto coelo hi prologi a textu vulgato differant.

47—4, unde notavit initium: „Incipit prefacio cornelii ad salustium in hystoria daretis frigii de excidio traiano", cum ipsa epistula, quae praecedit Daretis Phrygii libello de excidio Troiano.

15—8 membr. litt. Gothicis Isidori quaedam continens,

cum annotationibus litteris Arabicis scriptis in margine. Eadem continet 15—9, membr. litt Goth. sec. XI (sec. catal.).

27—2 membr. litt. Goth. sec. XI (sec. catalogum). Continet Eusebii Historiam ecclesiasticam. Finitur in libro X.

49—21 chart. sec. XV. Inest Thucydides.

102—11. Post epistulas ex Ponto et Remedia amoris sequitur libellus, cuius titulus *liber Pamphili*

Vulneror et clausum porto sub pectore telum,
crescit et assidue plaga dolorque mihi cett.

Continuatur per X folia et finitur versu

post me felices este mei memores.

Post hoc est carmen aliud 331 versuum inscriptum *Catonis equipollentia.*

99—3 membr. sec. XV. Vitruvium continens.

100—9 membr. sec. XV vel XIV habens Ciceronis Brutum et Oratorem. Ambo opera titulis carent. Exigui est pretii.

102—6 membr. sec. XIII. Insunt Rhetoricorum ad Herennium lib. IV, Ovidii Metamorphoses. Deest ultimum folium cum 7 ultimis versibus libri XV. Habet scholia et varias lectiones codex. Hinc Metamorphoses contulit H. cum ed. Tauchn. a. 1843, quae in legato Bibl. Gron. notata est „Halb. 4".

49—23 membr. (satis, ut videtur, antiquus) continens Sallustii Catilinam et Iugurtham, quem H. cum ed. Teubneriana (Dietschii secunda) dicit se contulisse, facto scripturae exemplo manu picto, unde de aetate iudicari posse. Solum hoc exemplum in schedis invenio. Collatio est in editioue, quae servatur in Bibl. Groningana, notata „Halb. 14".

49—24 membr. sec. XV. Sallustii Catilina et Iugurtha. Collati cum ed. Teubn. 1852 pauca dantur specimina.

49—22 continet eadem opera. Collationis cum ed. Teubn. dantur specimina.

100—16 sec. XV exeuntis. Habet *Crispi S. in M. T. invectivam in C. Sallustium primam.* Contulit codicem H. cum Edit. in usum Delphini Par. 1684. Sequitur collationis specimen.

101—39 habet STATII POPINII Thebaidos IV libros postremos cum parte ultima libri octavi. Adiecta est integra, ut videtur, collatio. De aetate codicis siletur.

16—12 membr. sec. XIII. Continet BOETHII libellum acephalum *de duabus naturis*, si fides est titulo. Afferuntur eius initium et finis, ut etiam alius in eodem codice opusculi, cuius astrologicum videtur argumentum.

49—2 chart. sec. XV. In fol. 1—34 est CORN. TACITI *de vita, moribus et origine Germanorum.* Confertur caput primum cum ed. Lips. 1607. In eodem libro f. 66—222 sunt PLINII epistolae inde a lib. I ep. 13 in verbis *an, ut solebat* usque ad libr. IX incl. Initium confertur cum ed. Lips. Gesneri a. 1770.

51—2 membr. sec. XIV. Inest prima LIVII decas. Conferuntur 3 capita prima libri IX cum ed. Tauchn. 1848.

102—11 membr. sec. XIII. OVIDII *de remediis amoris* liber usque ad vs. 644. Sequitur collatio integra.

102—11 membr. sec. XII aut XIII continens OVIDII *de Pontho* (sic). Collatus cod. cum ed. Veneta anni 1779. Sequitur collatio.

102—10 membr. a. 1454. Praeter *epistolas ex Ponto* et *Ibim* continet OVIDII *de sompno*, i. e. elegiam V libr. III Amorum, quae confertur cum ed. Barton. Paris. 1791, *Ibis* cum pessima ed. Dan. Crispi Helvetii, Venetiis a. 1779, *epistolae ex Ponto* cum ed. Antverp. Verdusseni a. 1685. Secuntur collationes et *scholia* quaedam *in Ibidem* indidem exscriptae.

102—12 membr. sec. XIV exeuntis. Continet OVIDII *de*

tristibus libros V. Confertur cum ed. Venetiana a. 1779. Sequitur collatio.

27—2 membr. sec. XI, ut dicit Haenel, truncatus et principio et fine. Continet EUSEBII Historias litt. Goth. exaratas. Exscribitur speciminis causa lib. VI c. 16 et particula cap. 17.

Insunt praeterea huic collectioni schedulae quaedam minoris momenti, quarum rationem et originem haud satis assequor.

Accedit fasciculus schedularum XV, in quibus expressae sunt Inscriptiones Hispanae antiquae partim Toletae partim aliunde collectae. Pars earum signata vocabulo *Copie* non ex ipsis lapidibus sed e schedis in Bibliotheca Episcopali asservatis ab amico, ut ipse ait, descripta est.

CODICES ITALI.

Cod. Urbinas 111, Isocratem continens, collatus est ab Halbertsma cum ed. Benseleri. Notavit tantummodo eas lectiones quas Bekkerus omiserat. Quae tamen in schedis reperitur collatio pertinet tantum ad or. *πρὸς Δημόνικον*, *πρὸς Νικοκλέα*, et *Νικοκλέα*, sed integra extat in illa editione (ap. Teubn. a. 1856 et 1851), quae in legato Bibl. Gron. notatur „Halb. 13". Ex cod. Vatic. 1335 fol. 234 a exscripsit scholium ad Xenophontis de Rep. Laced. verba *τὸ κατεργάσασθαι ἐν τῇ πόλει αἱρετώτερος εἶναι τὸν καλὸν ἀθάνατον ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦ βίου*, ubi conferuntur noti versus Sophoclei (Aiac. 479).

ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν ἢ καλῶς τεθνηκέναι
τὸν εὐγενῆι (sic) *χρή*.

Nihil aliud memorabile in amici schedis reperio quod ad

iter eius Italicum pertineat, nam de SYNESII codd. Vaticanis supra (p. V) iam monui. Florentiae tamen contulit PLINII *minoris* codicem Mediceum Plut. 47, 36 cum ed. Tauchnitz. a. 1829, quae in Bibl. Gron. legato est signata „Halb. 11".

Tandem, ne quid praetermittam, moneo extare in legato Halbertsmae quinque libellos, quorum marginibus hic illic inscriptae sunt variae lectiones petitas e codicibus ab ipso collatis, quos non nominat. Sunt autem hi:

CAESAR *de Bello Gallico*, ed. Tauchn. a. 1844 (Halb. 12)

Suetonius, vit. XII Caesarum, ed. Tauchn. a. 1845 (Halb. 8), (in qua notanda est collatio satis locuples libelli de illustribus grammaticis usque ad cap. XIX. E Caesaribus solus C. I. Caesar pauculas levis momenti habet varietates. Num forte e cod. Escor. II — T — 21? Vid. SUETONII pag. XVII).

CICERO, *Brutus* ed. Tauchn. a. 1849 (Halb. 7) } Cf. p. XVI?
„ *Orator* „ „ „ 1849 (Halb. 6) }
„ *Cato maior*, *Laelius*, *Paradoxa* ed. Tauchn. a. 1849 (Halb. 9).

Satis habui plerumque simpliciter referre quae Halbertsmae schedae et libri continent; quae quantave sit singulorum utilitas nec investigare vacat nec meae est provinciae.

SECTIO PRIOR

CONIECTURAE IN SCRIPTORES GRAECOS

CAPUT PRIMUM.

AD EPICOS.

I ad Homerum.

Iliadis I. vs. 401.

πολλάκι γάρ σεο πατρὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἄκουσα
εὐχομένης, ὅτ' ἔφησθα κελαινεφέι Κρονίωνι
οἴη ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι,
ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων.
ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐλθοῦσα, θεά, ὑπελύσαο δεσμῶν,
ὦχ' ἑκατόγχειρον καλέσασ' ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,
ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες
Αἰγαίων'· ὁ γὰρ αὖτε βίῃ οὗ πατρὸς ἀμείνων.
ὅς ῥα παρὰ Κρονίωνι καθέζετο κύδεϊ γαίων·
τὸν καὶ ὑπέδδεισαν μάκαρες θεοί, οὐδέ τ' ἔδησαν.

Versus 401 spurius mihi esse videtur propter verba *ὑπελύσαο δεσμῶν*; Dii enim Olympii *ἤθελον ξυνδῆσαι*, non *revera ἔδησαν*, itaque ne Thetis quidem *ὑπολύσασθαι δεσμῶν* poterat. [Eo igitur vs. deleto, post *Ἀπόλλων* virgula distinguatur].

Ameisius-Hentzeus: „Du löstest unter den Fesseln hervor, befreitest ihn von dem Drucke der Fesseln: die Götter hatten also schon Hand an Zeus gelegt."

Iliad. I. 434.

οἳ δ᾽ ὅτε δὴ λιμένος πολυβενθέος ἐγγὺς ἵκοντο,
ἱστία μὲν στεῖλάν τ᾽ ἔθεσάν τ᾽ ἐν νηὶ μελαίνῃ,
ἱστὸν δ᾽ ἱστοδόκῃ πέλασαν προτόνοισιν ὑ φ έ ν τ ε ς
καρπαλίμως, τὴν δ᾽ εἰς ὅρμον προέρεσσαν ἐρετμοῖς.

Fortasse legendum προτόνοισι κ α θ έ ν τ ε ς. confer Od. IX. 72: καὶ τὰ μὲν (ἱστία sc.) ἐν νῆας κ ά θ ε μ ε ν δείσαντες ὄλεθρον.

[*Aristarchus* legit ἀ φ έ ν τ ε ς; hymnus vero in Apollinem Pythium 326 (504) habet προτόνοισιν ὑ φ έ ν τ ε ς.]

Iliad. I. 474.

οἳ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο
καλὸν ἀείδοντες παιήονα κοῦροι Ἀχαιῶν,
μ έ λ π ο ν τ ε ς ἑκάεργον.

Activum μ έ λ π ε ι ν nusquam nisi hoc loco invenitur. Aristarchus obelum posuit; discrepat enim hic versus ab eius interpretatione verbi μέλπεσθαι.

Ameisius-Hentzeus: „durch Spiel, welches auch Tanz und Gesang mit umfasst, feiern." Versu 472 vero iam μ ο λ π ή et 473 ἀ ε ί δ ε ι ν legitur; quam ob rem hic locus tautologia non ferenda laborat, ut iam Aristarchus adnotavit.

Fortasse legendum θ έ λ γ ο ν τ ε ς. confer:

Od. XVII. 521 ὣς ἐμὲ κεῖνος ἔ θ ε λ γ ε παρήμενος ἐν μεγάροισι.
et Od. XVII. 514 θ έ λ γ ο ι τ ό κέ τοι φίλον ἦτορ [1]).

Iliad. II. 57.

μ ά λ ι σ τ α δὲ Νέστορι δίῳ
εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τ᾽ ἄ γ χ ι σ τ α ἐοίκει.

Rocheus putat μ ά λ ι σ τ α firmare ἄ γ χ ι σ τ α. Quae interpretatio iam per se non est verisimilis propterea quod μάλιστα et

1) Coniecturae minus favent verba sqq. ὃ δὲ φρένα τέρπετ᾽ ἀκούων. Num forte κλείοντες? vH.

ἄγχιστα pluribus inter se vocabulis disiuncta sunt. Praeterea locis, quos citat, μάλιστα cum *adiectivorum* quidem, non vero *adverbiorum* superlativis coniungitur, ut μᾶλλον cum adiectivorum tantum comparativis copulatur. confer Il. II. 220: ἔχθιστος ... μάλιστ'.

Il. XXIV. 334 μάλιστά γε φίλτατόν ἐστι.

Od. VIII. 582 μάλιστα | κήδιστοι;

Il. XXIV. 243 ῥηίτεροι γὰρ μᾶλλον.

Saltem probabilior Ameisii-Hentzei interpretatio esse videtur, qui putant μάλιστα spectare ad Νέστωρ et ἄγχιστα ad εἶδος: „Inter Graecos imprimis erat Nestor, cui forma, statuque corporis simillimus erat." Fortasse locus interpolatus est ex Od. VI. 152: εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τ' ἄγχιστα ἐΐσκω·

Iliad. II. 281.

παρὰ δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη
εἰδομένη κήρυκι σιωπᾶν λαὸν ἄνωγε,
ὡς ἅμα θ' οἱ πρῶτοί τε καὶ ὕστατοι υἷες Ἀχαιῶν
μῦθον ἀκούσειαν καὶ ἐπιφρασσαίατο βουλήν.

Fortasse legendum: ὡς τοι ἅμα πρῶτοί τε. Nauckius (Bulletin de l'Académie impériale de St. Pétersburg. Tome IX page 332 a⁰ 1866): ὡς ἅμα τοι [quod recepit Leeuwenus.]

Iliad. II. 289—291.

ὥστε γὰρ ἢ παῖδες νεαροὶ χῆραί τε γυναῖκες
ἀλλήλοισιν ὀδύρονται οἶκόνδε νέεσθαι.
ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι.

ἢ — τε pro ἢ — ἢ sive τε — τε nusquam invenitur. Nauckius suspicatur ἠύτε γὰρ π. (quod recepit Leeuwenus); alii ἢ pro ἤ.

Versus 291 verisimiliter est corruptus. Expectatur: οὐ μήν τοι νέμεσίς τιν', ut est vs. 296 τῷ οὐ νεμεσίζομ' Ἀχαιοὺς | ἀσχαλάαν παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν.

[Leeuwenus legit: ἦ μὲν καὶ πόνος ἐστὶν ἀνίη τ' ἔνθ' ἀνέχεσθαι.]

Iliad. II. 356.

τῷ μή τις πρὶν ἐπειγέσθω οἶκόνδε νέεσθαι,
πρίν τινα πὰρ Τρώων ἀλόχῳ κατακοιμηθῆναι,
τίσασθαι δ' Ἑλένης ὁρμήματά τε στοναχάς τε.

Pro *ὁρμήματα* fortasse legendum *ὠρύματα*. confer Herodot. III. 117 *βοῶσι ὠρυόμενοι*, praeterea.

Il. III. 176 *τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα.*

et Od. IV. 261 *ἄτην δὲ μετέστενον.*

Egit de hoc vocabulo *Buttmannus* in Lexilogo, II p. 4 seqq. Componitur *στοναχή* vel *στοναχαί* cum *ἄλγεα, οἰμωγή, δάκρυα, γόος, μυχμός.*

Iliad. II. 865.

Μῄοσιν αὖ Μέσθλης τε καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην
υἷε Ταλαιμένεος, τὼ Γυγαίη 'τέκε λίμνη.

Pro *λίμνη* lege *νύμφη.*

Confer Il. VI. 21 sq.

βῆ δὲ μετ' Αἴσηπον καὶ Πήδασον, οὕς ποτε νύμφη
νηῒς Ἀβαρβαρέη 'τέκ' ἀμύμονι Βουκολίωνι.

Iliad. III. 164.

ὣς ἄρ' ἔφαν, Πρίαμος δ' Ἑλένην ἐκαλέσσατο φωνῇ·
„δεῦρο πάροιθ' ἐλθοῦσα, φίλον τέκος, ἵζε' ἐμεῖο,
ὄφρα ἴδῃς πρότερον τε πόσιν πηούς τε φίλους τε
οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί· θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσι,
οἵ μοι ἐφώρμησαν πόλεμον πολύδακρυν Ἀχαιῶν.

Necessarium puto *οὐ σύ μοι αἰτίη ἐσσί·*, ut Helena cum vi quadam opponatur diis, quos Priamus pro veris belli auctoribus habet.

Iliad. III. 224.

οὐ τότε γ' ὧδ' Ὀδυσῆος ἀγασσάμεθ' εἶδος ἰδόντες.

Fortasse latet: οὕτω τοι.

Iliad. V. 220.

πάρος δ' οὐκ ἔσσεται ἄλλως,
πρίν γ' ἐπὶ νῶι τῷ ἀνδρὶ σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι
ἀντιβίην ἐλθόντε σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι.

Versu 220 σύν permirum est propter praecedens σύν. Fortasse legendum: ἐν ἔντεσι πειρηθῆναι.

Iliad. V. 492.

σοὶ δὲ χρὴ τάδε πάντα μέλειν νύκτας τε καὶ ἦμαρ,
ἀρχοὺς λισσομένῳ τελεκλειτῶν ἐπικούρων
νωλεμέως ἐχέμεν, κρατερὴν δ' ἀποθέσθαι ἐνιπήν.

Fortasse legendum: ἀλέασθαι ἐνιπήν.

Iliad. V. 517.

οὐ γὰρ ἔα πόνος ἄλλος, ὃν ἀργυρότοξος ἔγειρε
Ἄρης τε βροτολοιγὸς Ἔρις τ' ἄμοτον μεμαυῖα.

Pro ἄλλος fortasse legendum αἰνός.

Iliad. IX. 525.

οὕτω καὶ τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέε' ἀνδρῶν
ἡρώων, ὅτε πέρ τιν' ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι·
δωρητοί τ' ἐπέλοντο παράρρητοί τε ἔπεσσι.

Post ἡρώων punctum minus pone, post ἵκοι virgulam.

Iliad. XXII. 281.

„ἤμβροτες, οὐδ' ἄρα πώ τι, θεοῖσ' ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,
ἐκ Διὸς ἠείδης τὸν ἐμὸν μόρον — ἤ τοι ἔφης γε, —

ἀλλά τις ἀρτιεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων,
ὄφρα σ' ὑποδδείσας μένεος ἀλκῆς τε λάθωμαι.

Diplen apposuit Aristarchus, quod poeta vocabulo ἀρτιεπής in *malam* partem utitur.

Collatis autem ἀρτίφρων, ἀρτίπος, ἄρτιος (ἄρτια βάζων), ἀρτιεπής non nisi in *bonam* partem adhiberi potuisse contendimus, veraque lectio mihi videtur: ἀλλ' ἄρ' ἀμαρτοεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων. Confer Il. XIII. 824 Αἶαν ἁμαρτοεπές et Il. III. 215 οὐδ' ἀφαμαρτοεπης [1]).

Iliad. XXII. 322.

τοῦ δὲ καὶ ἄλλο τόσον μὲν ἔχε χρόα χάλκεα τεύχη
καλά, τὰ Πατρόκλοιο βίην ἐνάριξε κατακτάς.

Fortasse legendum: τοῦ τὸ μὲν ἄλλο τόσον κατέχεν χρόα χάλκεα τεύχη.

confer Il. III. 419 βῆ δὲ κατασχομένη ἑανῷ ἀργῆτι φαεινῷ.
et Od. XIX. 361 ὣς ἄρ' ἔφη· γρῆυς δὲ κατέσχετο χερσὶ πρόσωπα.
confer etiam Il. XXIII. 454: ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοῖνιξ ἦν.

Ad defendendum „ἔχε" editores citant Il. V. 473

φῆς που ἄτερ λαῶν πόλιν ἑξέμεν ἠδ' ἐπικούρων
οἶος, σὺν γαμβροῖσι κασιγνήτοισί τε σοῖσι.

et Il. XYIV. 730: ὅς τε μιν αὐτὴν
ῥύσκε', ἔχες δ' ἀλόχους κεδνὰς καὶ νήπια τέκνα.

ubi poëta alludit ad *nomen Hectoris*.

Odysseae III. 408.

ὤρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆφι γερήνιος ἱππότα Νέστωρ,
ἐκ δ' ἐλθὼν κατ' ἄρ' ἕζετ' ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοισι,

---

1) Ad huius loci exemplum ipse olim proposui ἀλλ' ἀφαμαρτοεπὴς κτέ. vH.

οἳ οἱ ἕσαν προπάροιθε θυράων ὑψηλάων
λευκοί, ἀποστίλβοντες ἀλείφατος.

Fortasse legendum *ἀλείφατι*, ut Il. XVIII. 596

οἳ δὲ χιτῶνας
εἵατ' ἐϋ νητοὺς, ἦκα στίλβοντας ἐλαίῳ.

Od. IX. 52.

ἦλθον ἔπειθ', ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ,
ἠέριοι.

Pro *ἠέριοι* lege cum Leeuweno (qui confert Mimnermi frg. 2): *εαρινῇ*.

Ex hoc loco interpolatus esse videtur Iliad. II. 468

μυρίοι, ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ.

Qui versus ferri non potest propter ea quae sequuntur, in quibus ingens Achaeorum numerus comparatur cum „*ἔθνεσι πολλοῖς μυιάων ἀδινάων*."

Hymnus in Apollinem Delium. 131.

Εἴη μοι κίθαρίς τε φίλη καὶ καμπύλα τόξα,
χρήσω δ' ἀνθρώποισι Διὸς νημερτέα βουλήν.

εἴη — τόξα alio modo verti non potest quam „*Da mihi citharam et arcum.*" Qua interpretatione admissa *φίλη* est epitheton ornans *citharae*, *καμπύλα arcus.* Sed huiusmodi explicatio num accipi potest? Nonne *φίλη* sine dativo frigidum est epitheton? Collato versu 144 *πᾶσαι δὲ σκοπιαί τε φίλαι καὶ πρώονες ἄκροι*, multo fit probabilius hoc quoque loco *φίλη* sensu praedicativo accipiendum esse. Quod tamen si feceris, sensu carebit *εἴη*. Ecquid igitur scribendum: *Αἰεί μοι κτὲ.*?

Hymnus in Apollinem Pythium 287 (465).

Dux Cretensium ab Apolline navi delatorum Crisam sic alloquitur deum, qui iuvenis mortalis faciem induerat:

Ξεῖν', ἐπεὶ οὐ μὲν γάρ τι καταθνητοῖσιν ἔοικας,
οὐ δέμας οὐδὲ φυήν, ἀλλ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
* * * * * * *
οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν.
καί μοι τοῦτ' ἀγόρευσον ἐτήτυμον, ὄφρ' ἐῢ εἰδῶ·
τίς δῆμος; τίς γαῖα; τίνες βροτοὶ ἐγγεγάασιν;

Tertium versum non coniungi posse cum praecedentibus propter verba *θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν* iam alii viderunt; in his *Matthiaeus*, qui suspicatur versum excidisse, qualis e. g.: *ἵληθ' εἰ δέ τίς ἐσσι καταθνητῶν ἀνθρώπων*, quod *Hermannus* probat. Mihi contra locus interpolatus esse videtur, versusque: *οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν*, olim additus esse a nescio quo, qui non concoqueret anacoluthon post *ἐπεί* apud Homerum interdum obvium. confer Od. VIII. 236 et XVII. 185. Profecit interpolator ex Odyssea XXIV. 402: *οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν.*

Hymnus in Mercurium. 210.

Senex ab Apolline interrogatus, num quem vidisset boves suos abigentem, respondet se puerum vidisse cum bobus, qui esset *νήπιος, εἶχε δὲ ῥάβδον· ἐπιστροφάδην δ' ἐβάδιζεν.* In Homericis carminibus *ἐπιστροφάδην* non coniungitur nisi cum *κτείνειν* et *τύπτειν*, et explicatur ab aliis *in omnes partes se convertens*, ab aliis *fortiter.*

Neutra significatio huic loco convenit. Suspicor rhapsodum cecinisse: *ἀποστροφάδην δ' ἐβάδιζεν*, maxime propter versum 76: *ἴχνι' ἀποστρέψας* et *κατὰ* (vel cum Hermanno *μετὰ*) *δ' ἔμπαλιν αὐτὸς ἔβαινεν.* Ne quis ad vulgatam tuendam advocet *πλανοδίας* (75); est enim hoc vocabulum corruptum, quod non solum patet ex quantitate primae syllabae, sed etiam ex eo, quod Mercurius non *circuitu* Pylum petivit, sed (85 sq.)

ὁδοιπορίην ἀλεείνων,

οἷά τ' ἐπειγόμενος δολιχὴν ὁδὸν αὐτοτροπήσας.

Dixeris coniecturae non favere, quod nusquam adverbium ἀποστροφάδην occurrat, at plura ἅπαξ εἰρημένα in hoc hymno reperiuntur.

Fortasse tamen mutatione nihil opus est et versus est spurius; ait enim senex vs. 208: παῖδα δ' ἔδοξα, φέριστε, σαφὲς δ' οὐκ οἶδα νοῆσαι, itaque non convenit accurata descriptio in vers. 210. De *virga* praeterea in superioribus mentio facta non est. Versu demum 529 narratur Apollo Mercurio dedisse ῥάβδον:

αὐτὰρ ἔπειτα

ὄλβου καὶ πλούτου δώσω περικαλλέα ῥάβδον.

Denique sequens versus iam recte ab aliis expunctus est; quod indicium est nos hic versari in loco interpolato.

Hymnus in Mercurium. 285.

Apollo ad Mercurium, qui dissimulaverat se ipsius boves clam abegisse: ἦ σε μάλ' οἴω | πολλάκις ἀντιτοροῦντα δόμους εὖ ναιετάοντας | ἔννυχον οὐχ ἕνα μοῦνον ἐπ' οὔδεϊ φῶτα καθίσσαι [καθίσαι DM] | σκευάζοντα κὰτ' οἶκον ἄτερ ψόφου, οἷ' ἀγορεύεις.

Pro σκευάζοντα coniicio συλεύοντα, nam σκυλεύοντα, quod propius accedit ad σκευάζοντα, non nisi de occisis spoliandis usurpatur. Confer Il. XXIV. 436, ubi Mercurius ad Priamum, qui ipsum sese comitari et pro hoc beneficio poculum a se dono accipere iusserat, sic loquitur: Frustra me tentas, senex! Achillem enim

δείδοικα καὶ αἰδέομαι περὶ κῆρι

συλεύειν, μή μοί τι κακὸν μετόπισθε γένηται.

Hymnus in Mercurium. 325.

Εὐμυλίη δ' ἔχ' Ὄλυμπον ἀγάννιφον· ἀθάνατοι δὲ

ἄφθιτοι ἠγερέθοντο ποτὶ πτύχας Οὐλύμποιο.

Pro εὐμυλίη fortasse legendum στωμυλίη.

Hymnus in Mercurius. 429—433.

Mercurius ut Apollinem sibi conciliet eiusque iram deprecetur, cithara canit:

κραίνων ἀθανάτους τε θεοὺς καὶ γαῖαν ἐρεμνήν,
ὡς τὰ πρῶτα γένοντο καὶ ὡς λάχε μοῖραν ἕκαστος.
429 *Μνημοσύνην μὲν πρῶτα θεῶν ἐγέραιρεν ἀοιδῇ,*
430 *μητέρα Μουσάων· ἡ γὰρ λάχε Μαιάδος υἱόν·*
431 *τοὺς δὲ κατὰ πρέσβιν τε καὶ ὡς γεγάασιν ἕκαστος*
432 *ἀθανάτους ἐγέραιρε θεοὺς Διὸς ἀγλαὸς υἱὸς,*
433 *πάντ' ἐνέπων κατὰ κόσμον, ἐπωλένιον κιθαρίζων.*
τὸν δ' ἔρος ἐν στήθεσσιν ἀμήχανος αἴνυτο θυμόν.

Versum 429 et tres *sequentes* interpolatori reddendos censeo. Nam non respondent superioribus, et mentio facta *matris Musarum* seriorem aetatem prodit. Quod si recte conieci, fortasse vere Hermannus pro *λάχε* reponi iussit *δάε*, antiquiores enim Epici forma reduplicata utuntur.

Hymnus in Cererem. 102.

γρηῒ παλαιγενέϊ ἐναλίγκιος, ἥ τε τόκοιο
εἴργηται δώρων τε φιλοστεφάνου Ἀφροδίτης,

Fortasse poeta scripserat: *ἰοστεφάνου*, ut in hymno VI versu 18: *ἰοστεφάνου Κυθερείης.*

Librarius nescius vocabulo *ἴον* olim praefixum fuisse digamma, hiatu offensus, genuinam lectionem corrupit.

Hymnus in Bacchum. 51.

ὁ δ' ἐξαπίνης ἐπορούσας
ἀρχὸν ἕλ'. οἱ δὲ θύραζε κακὸν μόρον ἐξαλύοντες
πάντες ὁμῶς πήδησαν, ἐπεὶ ἴδον εἰς ἅλα δῖαν,
δελφῖνες δ' ἐγένοντο·

Lege: *ἐξ ἀλύοντες . . . . . πήδησαν* [1]).

confer Eurip. Hecub. 1172: *ἐκ δὲ πηδήσας ἐγώ.*

---

1) Permira tamen tmesis et *θύραζε — πήδησαν* sufficere videtur. vH.

Pseudo-Homeri Epigram. XIII (Εἰς οἶκον τῶν Φρατόρων).

ἀνδρὸς μὲν στέφανος παῖδες, πύργοι δὲ πόληος,
ἵπποι δ' ἐν πεδίῳ κόσμος, νῆες δὲ θαλάσσης,
χρήματα δ' αὔξει οἶκον, ἀτὰρ γεραροὶ βασιλῆες
ἥμενοι εἰν ἀγορῇ, κόσμος τ' ἄλλοισιν ὁρᾶσθαι·
αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι
ἤματι χειμερίῳ, ὅποτ' ἂν νίφῃσι Κρονίων.

Lege: *ἥμενοι εἰν ἀγορῇ, κόσμος λαοῖσιν ὁρᾶσθαι.*

Fragmentum Iliadis parvae apud Schol. Aristoph.
Equit. 1056.

πῶς ἐπεφωνήσω; πῶς οὐ κατὰ κοσμον ἔειπες
ψεῦδος ....
καί κε γυνὴ φέροι ἄχθος ἐπεὶ κεν ἀνὴρ ἀναθείη.

Dele *ψεῦδος* et hiatus signum.

II ad Hesiodum.

Theog. 284.

Χὼ μὲν ἀποπτάμενος, προλιπὼν χθόνα μητέρα μήλων,
ἵκετ' ἐς ἀθανάτους· Ζηνὸς δ' ἐν δώμασι ναίει,
βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διὶ μητιόεντι.

Delendus videtur versus 284, collatis iis quae scripta sunt in editione tertia carminum Hesiodi, quam curavit *Flachius.*

Theog. 295.

Ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲ ἐοικὸς
θνητοῖσ' ἀνθρώποισ' οὐδ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.

Pro ἡ legendum Γῇ. Confer Apollodor. bibl. 2. 1. 2: Λέγεται δὲ ὅτι καὶ τὴν Ταρτάρου καὶ Γῆς Ἔχιδναν, ἣ τοὺς παριόντας συνήρπαζεν, ἐπιτηρήσας κοιμωμένην ἀπέκτεινεν.

Theog. 309.

ἡ δ' (scil. Ἔχιδνα) ὑποκυσαμένη τίκετο κρατερόφρονα τέκνα·
Ὄρθον μὲν πρῶτον κύνα γείνατο Γηρυονῆϊ.

Legendum videtur Γηρυονῆος, ut versu 311:

Κέρβερον, ὠμηστήν, Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον.

Theog. 550 sqq.

Verba Ζεὺς δ' ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς | γνῶ ῥ' οὐδ' ἠγνόησε δόλον· male conveniunt cum verbis (554) χώσατο δὲ φρένας ἀμφί, χόλος δέ μιν ἵκετο θυμόν, ὡς ἴδεν ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ, quae non sunt dolum suspicantis, sed eius, qui opinetur se bonam optionem fecisse. Ni fallor, pius quidam poëta, offensus eo quod Iupiter, ἄφθιτα μήδεα εἰδώς, dolum non praesensisse dicatur, addidit versus 551 sq. γνῶ ῥ' οὐδ' ἠγνόησε δόλον· κακὰ δ' ὄσσετο θυμῷ θνητοῖς ἀνθρώποισι, τὰ καὶ τελέεσθαι ἔμελλε, et versus sequentis initium paullum immutavit, ut cum versibus a se additis cohaereret. Fortasse priscus poëta scripserat: Ζεὺς δ' ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς χερσὶν ἅμ' ἀμφοτέρῃσιν ἀνείλετο λευκὸν ἄλειφα, ut est in hymno in Mercurium (III). 39: χερσὶν ἅμ' ἀμφοτέρῃσιν ἀείρας. Verba χερσὶν ἅμ' ἀμφοτέρῃσιν indicant Iovis aviditatem, nec iis locus esset, si Iuppiter dolum praesensisset. *Fickius* (pag. 38) delet verba inde ab δ' ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς (550) usque ad ἀμφοτέρῃσιν ἀν.....

Theog. 562 sqq.

ἐκ τούτου δὴ ἔπειτα, δόλου μεμνημένος αἰεί,
οὐκ ἐδίδου μελίοισι πυρὸς μένος ἀκαμάτοιο
θνητοῖς ἀνθρώποις, οἳ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσι.

Pro corrupto μελέοισι conicio μαλεροῖο.

De duobus unius vocabuli epithetis confer

Od. IV. 1 οἳ δ' ἷξον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν.

Od. I. 92 μῆλ' ἁδινὰ σφάζουσι καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς.

Od. III. 163 ἀμφ' Ὀδυσῆα ἄνακτα δαΐφρονα ποικιλόμητιν.

Od. X. 356 sq. ἡ δὲ τρίτη κρητῆρι μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα
ἡδὺν ἐν ἀργυρέῳ, νέμε δὲ χρύσεια κύπελλα.

Fickius (pag. 38) legit:

ἐκ τούτω δὴ ἔπειτα, δόλω μεμνάμενος αἰεί,
οὐκ ἐδίδω θνατοῖσι πυρὸς μένος ἀκαμάτοιο. (563-564)

Theog. 710.

κάρτος δ' ἀνεφαίνετο ἔργων.

Fortasse legendum χειρῶν, ut Il. VIII. 226 κάρτεϊ χειρῶν.

Theog. 856.

ἀμφὶ δὲ πάσας
ἔπρεσε θεσπεσίας κεφαλὰς δεινοῖο πελώρου.

Pro ἔπρεσε fortasse legendum πρῆσεν. Fickius ἔπρη.

Theog. 928.

Ἥρη δ' Ἥφαιστον κλυτόν, οὐ φιλότητι μιγεῖσα,
γείνατο (καὶ ζαμένησε καὶ ἤρισ' ἐῷ παρακοίτῃ),
ἐκ πάντων τέχνῃσι κεκασμένον Οὐρανιώνων.

Fortasse legendum γείναθ' ὅτε sive γείνατ' ἐπεὶ ζαμένησε κτέ.

Scut. Herc. 212.

δοιοὶ δ' ἀναφυσιόωντες
ἀργύρεοι δελφῖνες ἐφοίτων ἔλλοπας ἰχθῦς·
τῶν δ' ὕπο χάλκειοι τρέον ἰχθύες κτλ.

Pro ἐφοίτων lege ἐποίχοντ'[1]).

Versus 209 et 210 ponendi *post* 212.

Oper. 141.

Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
τοὶ μὲν ὑποχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται,

Pro θνητοί fortasse legendum θνητοῖς.

Oper. 160.

Ζεὺς Κρονίδης ποίησε, δικαιότερον καὶ ἄρειον,
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
ἡμίθεοι, προτέρῃ γενεῇ κατ' ἀπείρονα γαῖαν.

Verba προτέρῃ γενεῇ, de quorum interpretatione viri docti inter se dissentiunt, alio modo intelligi non possunt quam de aetate, quae quintam, cuius horum versuum poëta est, antecedit. Quae interpretatio si vera est, versu 159 legendum est καλέοντο.

[Pseudo]-Hesiodus apud Galenum de Placitis Hippocratis et Platonis III. 351 (Iwanus Muellerus).

ἐκ ταύτης ἔριδος ἡ μὲν (scil. Ἥρη) *τέκε Φαίδιμον υἱὸν*
Ἥφαιστον τέχνῃσιν ἄνευ Διὸς αἰγιόχοιο,
ἐκ πάντων παλάμῃσι κεκλημένον οὐρανιώνων.

Recte Ruhnkenius pro κεκλημένον restituit κεκασμένον, sed locum non persanavit; nam restat difficultas in τέχνῃσιν, pro quo fortasse serus ille poëta scripsit κλυτοτέχνην[2]).

1) Facilius ἐφοίτων depravari potuit ex ἐθήρων. vH.

2) Si ipse amicus haec edidisset, procul dubio dedisset κλυτότεχνον, quia κλυτοτέχνην metrum iugulat. Durum sane est iungere Φαίδιμον τέχνῃσι, quod praeterea ab epica consuetudine abhorret. vH.

CAPUT SECUNDUM.

AD TRAGICOS.

I ad Aeschylum.

Agamemn. 244.

κρόκου βαφὰς δ' ἐς πέδον χέουσα
ἔβαλλ' ἕκαστον θυτήρων ἀπ' ὄμματος βέλει φιλοίκτῳ
πρέπουσά θ' ὡς ἐν γραφαῖς, προσεννέπειν
θέλουσ', ἐπεὶ πολλάκις
πατρὸς κατ' ἀνδρῶνας εὐτραπέζους
ἔμελψεν κτλ.

Lege: πατρὸς κατ' ἀνδρῶνα συντραπέζους
ἔθελξεν; ultimum verbum cum Nabero.

Pers. 305.

πληγῇ δορὸς
πήδημα κοῦφον ἐκ νεὼς ἀφήλατο.

Fortasse legendum λυγρόν, collato Eurip. Troad. 755
λυγρὸν δὲ πήδημ' εἰς τράχηλον ὑψόθεν [1]).

---

1) Nisi forte κυφόν, i. e. prono capite, ut cadaver, audacissimo poetae tribuere licet. vH.

Pers. 343.

ἑκατὸν δὶς ἦσαν ἑπτά θ'· ὧδ' ἔχει λόγος.

Fortasse *δὶς ἑκατὸν*.

Pers. 484.

δίψῃ πονοῦντες· οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοὶ cett.

Post *κενοὶ* lacunam statuendam suspicor.

Pers. 710.

ὡς ἕως τ' ἔλευσσες αὐγὰς ἡλίου.

Lege: *τέως ἕως ἔλευσσες.*

Pers. 749.

καὶ πέδαις σφυρηλάτοις
περιβαλὼν πολλὴν κέλευθον ἤνυσεν πολλῷ στρατῷ,
θνητὸς ὢν θεῶν δὲ πάντων ᾤετ', οὐκ εὐβουλίᾳ,
καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν.

Fortasse legendum: *ἀκόντων, κᾤετ'.*

Prometh. 144.

ΧΟ. *λεύσσω, Προμηθεῦ· φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὄσσοις ὀμίχλα*
προσῇξε πλήρης δακρύων.

Hirschigius scribit *δνοφερά* pro *φοβερά*, Wecklęinius interpretatur: „*timida*" = *φόβου πλέα*.

Fortasse legendum *θολερά*.

Prometh. 328.

ἢ οὐκ οἶσθ', ἀκριβῶς ὢν περισσόφρων, ὅτι
γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προστρίβεται.

Lege *ἀκαίρως* [1]).

---

1) Apte, si *περισσόφρων* idem est quod *περίφρων*, *valde prudens*, ut vertit Dindorf in Lex. Aesch., sed potius significat *nimis prudens*, quod vero nimium, semper *ἄκαιρον* est. Quare nescio an potius interpungendum sit *οἶσθ' ἀκριβῶς* (= *σαφῶς*), *ὢν κτλ.* vH.

Prometh. 570.

ὁ δὲ πορεύεται δόλιον ὄμμ' ἔχων.

Fortasse legendum *δόχμιον.*

Confer Eurip. Orest. 1261

ΗΛ. *δόχμιά νυν κόρας διάφερ' ὀμμάτων*
ἐκεῖθεν ἐνθάδ', εἶτα παλινσκοπιάν.

Prometh. 776.

ΠΡ. *καὶ μή τι σαυτῆς ἐκμαθεῖν ζήτει πόνους.*

Ante hunc vs. nescio quid excidisse videtur.

II Ad Sophoclem.

Aiac. 562.

τοῖον πυλωρὸν φύλακα Τεῦκρον ἀμφὶ σοὶ
λείψω τροφῆς ἄοκνον ἔμπα, κεἰ τανῦν
τηλωπὸς οἰχνεῖ, δυσμενῶν θήραν ἔχων.

φύλακα suspectum.

Aiac. 839—845.

[*καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους*
ξυναρπάσειαν, ὥσπερ εἰσορῶσ' ἐμὲ
αὐτοσφαγῆ πίπτοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς
πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο].
ἴτ', ὦ ταχεῖαι ποίνιμοί τ' Ἐρινύες,
γεύεσθε, μὴ φείδεσθε πανδήμου στρατοῦ.

Versus uncinis seclusos damnant Nauckius et Mehlerus, qui etiam nituntur scholio ad vs. 841: *τὼς αὐτοσφαγεῖς· ταῦτα νοθεύεσθαι φασὶν, ὑποβληθέντα πρὸς σαφήνειαν τῶν λεγομένων.*

Quod si iure fecerunt, post ἐρινῦς vers. 837 Ἐρινύες vers. 843 vix tolerabile arbitror. Fortasse legendum: τε Παρθένοι, quae coniectura eo fit probabilior quod iure Mehlerus vs. 835 sq. verba

ἀρωγοὺς τὰς ἀεί τε παρθένους | ἀεί θ'

expunxisse videtur.

Aiac. 1312.

ἐπεὶ καλόν μοι τοὐδ' ὑπερπονουμένῳ
θανεῖν προδήλως μᾶλλον ἢ τῆς σῆς ὑπὲρ
γυναικός, ἢ τοῦ σοῦ ξυναίμονος λέγω;

Suspicor Sophoclem scripsisse λέχους pro λέγω, et glossema huic vocabulo appictum, γυναικός, in textum irrepsisse pro alio vocabulo, quale fuerit τυραννίδος, posteaque librarios suo more versum peius corrupisse, cuius vera lectio fuerit haec:

ἢ τῆς σῆς ὑπὲρ
τυραννίδος τοῦ σοῦ ξυναίμονος λέχους;

[Λέχους iam Seyffert].

Antigon. 40.

ΙΣ. τί δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ
λύουσ' ἂν ἢ θάπτουσα προσθείμην πλέον;

Variam lectionem: ἢ 'φάπτουσα recepit Dindorfius, sed nescio an potius sit legendum: ἅπτουσ' ἂν ἢ λύουσα.

Praepositio enim ante ἅπτω hoc loco, ut verissime iudicavit Nauckius, explicari nequit.

Fortasse aliquis librarius, cum saepe in hac fabula poeta verbo θάπτειν utatur, facili errore θάπτουσ' pro ἅπτουσ' scripserat, postea vero alius numerorum causa θάπτουσ' et λύουσ' transposuit [1]).

---

1) Weidnerus coniecit λύουσ' ἂν ἢ ῥάπτουσα. vH.

Antig. 69.

AN. οὔτ' ἂν κελεύσαιμ' οὔτ' ἄν, εἰ θέλοις ἔτι
πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα.

Lehrsius pro ἡδέως corrigit ἀσμένης. Sententia utique expectatur, qualis haec est „Non iam te adhortabor, neque, si opus suscipere velles, id mihi placeret.“ Nunc vero minus apte dicitur: „Neque, si velles, libenter una mecum ageres“. Quod autem praeterea pro πράσσειν requiri videtur συμπράσσειν aut θάπτειν, fortasse versus 70 est expungendus, versusque 69 ita legendus: οὐκ ἂν κελεύσαιμ', οὐδ' ἂν εἰ θέλοις ἔτι

Confer Sophocl. Electr. 697

ὅταν δέ τις θεῶν
βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων (ὁ σθένων Heimsoeth) φυγεῖν.

Antigon. 221—222.

KP. καὶ μὴν ὁ μισθός γ' οὗτος, ἀλλ' ὑπ' ἐλπίδων
ἄνδρας τὸ κέρδος πολλάκις διώλεσεν.

ὑπ' ἐλπίδων — τὸ κέρδος διώλεσεν vulgo explicatur: ἐλπίδες κέρδους διώλεσαν, quae tamen interpretatio haud ferenda videtur. Schol. ὑπ' ἐλπίδων τοῦ διαφυγεῖν. Fortasse post vs. 221 versus excidit.

Antigon. 673.

αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν ἥδ' ἀναστάτους
οἴκους τίθησιν·

Laur. ἡδ', *vulgo* ἥδ'. Si cum Seyfferto τ' retinere volemus, legamus necesse est cum *Nauckio* ἡδ' ex cod. Liv.; ἠδέ tamen rarissime apud Sophoclem invenitur. Ellendtius duos tantum locos laudat, fragm. 345 et 493 (Dindorfii). Apud Aeschylum saepius invenitur. Qui contra legat ἥδ', eum τ' post πόλεις expungere oportet, quae ratio firmatur versibus huius fabulae 296—297:

τοῦτο καὶ πόλεις
πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων·
τόδ' ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει φρένας κτλ.

ubi, ut hoc quoque loco (si sequimur vulgatam), πόλεις πορθεῖν non est idem quod ἄνδρας ἐξανιστάναι.

Antigon. 690—691.

τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ
λόγοις τοιούτοις, οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων·

Transponantur hi versus, ut λόγοις τοιούτοις pendeat a verbo ψέγειν (689).

Antigon. 715.

αὔτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατῆ πόδα
τείνας ὑπείκει μηδέν, ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.

ἐγκρατῆ alii cum ναός coniungunt, ut sit *pes, qui navem regit*, alii cum τείνει iungentes sensu proleptico interpretantur. Nauckius vero iure vocabulum corruptum ducit; numquam enim ἐγκρατής significat „*astrictus*". Ecquid legendum:

ὅστις ἂν κράτει πόδα | τείνας ὑπείκῃ μηδέν, ?

Facilius tamen esset ἐν κράτει, si haec verba significare possent *vi*.

L. habet ἐγκρατεῖ (η superscr.)[1]).

Antigon. 743.

ΑΙ. οὐ γὰρ δίκαιά σ' ἐξαμαρτάνονθ' ὁρῶ.

Viri docti frustra explicant: οὐ δίκαιον ἁμάρτημα ἁμαρτάνονθ', nullum enim non ἁμάρτημα est οὐ δίκαιον.

Fortasse legendum:

οὐ γὰρ δικαίως, σ' ἐξαμαρτάνονθ' ὁρῶν;

---

1) An ἐγκρατῶς? vH.

qua quaestione aptissime Haemon respondeat patri quaerenti

ὦ παγκάκιστε, διὰ δίκης ἰὼν πατρί;

Antig. 751.

ΑΙΜ. ἥδ' οὖν θανεῖται καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινά.

Nauckius suspicatur: εἰ δ' οὖν θανεῖται. Ita tamen καὶ apto sensu caret „etiam post mortem." Recte tantummodo haberet καὶ ἄλλον τινα aut simile quid. Cf. Aiac. 1308—1309, quem locum ipse Nauckius laudat,

βαλεῖτε χἠμᾶς τρεῖς ὁμοῦ συγκειμένους.

Emendatio εἰ probari potest, si pro καὶ θανοῦσ' simul corrigimus κατθανοῦσ'. Cf. Seyffert.

Antig. 851—852.

οὔτ' ἐν βροτοῖσιν, οὔτ' ἐν νεκροῖσιν
μέτοικος οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν.

Subest corruptela. Nauckius suspicatur versum 851 (qui etiam responsis non convenit), nihil esse nisi conatum supplendi versus ad legendum difficilis. Mihi potius vs. 852 glossema esse videtur, quod genuini versus locum occupaverit.

Antig. 877.

ἄκλαυτος, ἄφιλος, ἀνυμέναιος
ταλαίφρων ἄγομαι τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν.

Dindorfius expungit ταλαίφρων legitque ἔρχομαι pro ἄγομαι et τὰν πυμάταν ὁδόν pro τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν, (quod iam coniecerat Reiskius). Haec coniectura valde mihi placet; propius tamen ad vulgatam accederet: τάνδε λοίσθαν ὁδόν.

Antig. 937.

ΑΝ. ὦ γῆς Θήβης ἄστυ πατρῷον
καὶ θεοὶ προγενεῖς,
ἄγομαι δὴ κοὐκέτι μέλλω.

Nihil proficimus conferendo Oedip. Colon. 297: ΧΟ. πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει. Nullo enim exemplo probari potest, γῆ Θήβη aut Θήβης Graecum esse, et mirifica foret locutio: „urbs regionis Thebaïcae". Sophoclem scripsisse suspicor: ἁμᾶς [1]). Θήβης eo minus huic loco convenit, quod etiam versu 940 Θήβης legitur.

Antig. 980.

κατὰ δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν
κλᾶον, ματρὸς ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν.

Vulgo coniungunt ματρός cum πάθαν, ita tamen verba ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν difficilia ad explicandum sunt, quare Nauckius iure ea verba sollicitat. Potius Phinei filii miserabilem suam sortem deflere putandi sunt et pro ἀνύμφευτον legendum est ἀνυμφεύτου, quod coniungatur cum ματρὸς „tabescentes miseri miserabilem sortem deflebant." γονὰν ἔχοντες ἀνυμφεύτου ματρός, i. e. „nati ex ea matre, quae tristi fato nupserat". Confer Oedip. Colon. 972: ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρὸς, | οὐ μητρὸς εἶχον.

Antig. 1074.

τούτων σε λωβητῆρες ὑστεροφθόροι
λοχῶσιν Ἅιδου καὶ θεῶν Ἐρινύες.

λωβητῆρες (ductum a verbo λωβᾶσθαι, *aut verbis aut factis iniuria aliquem adficere, ignominiose tractare*), vocantur apud Homerum Thersites et Paris, cum contemptiu videlicet. Hoc loco, si lectio sana, sensu minus circumscipto *perditoris* sive *punitoris* vocabulo Sophocles usus est. Fortasse legendum: τούτων δὲ λωβητῆρά σ' ὑστεροφθόροι, quod si ita est, τούτων spectat ad Antigonen et Polynicem, de quibus modo dictum est.

1) Praestiterit ἀμῆς, quia Dorismo in his anapaestis locus non est. vH.

Antig. 1098.

La habet: XO. εὐβουλίας δεῖ, παῖ Μενοικέως λαβεῖν (aut λακεῖν).
apographa vero: παῖ Μενοικέως Κρέον. Fortasse legendum: εὐβουλίας δή, παῖ Μενοικέως, σε δεῖ.

Antig. 1224—1225.

ἐν δὲ λοισθίῳ τυμβεύματι
τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν,
βρόχῳ μιτώδει σινδόνος καθημμένην,
τὸν δ' ἀμφὶ μέσσῃ περιπετῆ προσκείμενον,
εὐνῆς ἀποιμώζοντα τῆς κάτω φθορὰν
καὶ πατρὸς ἔργα καὶ τὸ δύστηνον λέχος.

Fortasse scribendum: τὴν καταφθοράν.

Pro sequenti λέχος (1225) Meinekius suspicatus est τέλος, Bergkius λάχος.

Antig. 1351.

μεγάλοι δὲ λόγοι
μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων
ἀποτίσαντες
γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.

Iure Nauckius offendebatur mirabili loco, quem obtineant verba τῶν ὑπεραύχων, quae collocata ante μεγάλας πληγὰς exspectentur; vulgo enim τῶν ὑπεραύχων pro gen. plur. masc. gener. accipitur. Si tamen ea verba habemus pro gen. neutr., ut sit „iactatio", difficultas plane tollitur. Confer Aeschyl. Sept. 483: ὑπέραυχα βάζουσιν.

Transponendo contra τῶν ὑπεραύχων μεγάλας πληγὰς dictio nascitur Sophocle indigna; μεγάλοι enim et μεγάλας arte iungenda esse apparet. Vocabulum tamen γήρᾳ permirum; nam

Creon non est senex, et praeterea haec sententia omnibus convenit aetatibus [1]).

Oedip. Reg. 129.

ΟΙ. κακὸν δὲ ποῖον ἐμποδὼν τυραννίδος
οὕτω πεσούσης εἶργε τοῦτ' ἐξειδέναι;

Pro εἶργε τοῦτ' fortasse legendum ἐργάτην.
Confer Antig. 252: ἀλλ' ἄσημος οὑργάτης τις ἦν.

Oedip. Reg. 232.

τὸ γὰρ
κέρδος τελῶ 'γώ, χἠ χάρις προσκείσεται.

In L supra litt. ς vocabuli χάρις a. m. pr. littera ν est scripta; quam ob rem Nauckius rescripsit

καὶ χάριν προσείσομαι.

Si tamen quid mutandum, multo facilius legi potest

καὶ χάριν προσκτήσεται.

Oedip. Reg. 248.

κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ', εἴτε τις
εἷς ὢν λέληθεν εἴτε πλειόνων μέτα,
κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρῖψαι βίον

„ἐκτρῖψαι βίον ist widersinnig und unerhört" ait Nauckius. Nam recte quidem de aliquo dixeris „ἐκτρίβεται" i. e. *exstirpatur, funditus evertitur*, ut Oed. Reg 428. Herodot. VI. 86 in fine, addito vocabulo πρόρριζος, sed vitam suam ἐκτρίβειν permira est locutio.

Fortasse tamen poeta hoc loco ἐκτρίβειν usurpavit pro τρίβειν, i. e. *vitam degere* (proprie *terere*). Euripides certe in primo Ionis versu, si sana est lectio, ἐκτρίβειν adhibuit pro verbo simplici.

---

1) Sophoclem scripsisse suspicor ΠΕΙΡΑΙ (πείρᾳ) pro ΓΗΡΑΙ. vH.

Oedip. Reg. 290.

OI. ἀλλ' οὐκ ἐν ἀργοῖς οὐδὲ τοῦτ' ἐπραξάμην,
ἔπεμψα γὰρ Κρέοντος εἰπόντος διπλοῦς
πομπούς· πάλαι δὲ μὴ παρὼν θαυμάζεται.
XO. καὶ μὴν τά γ' ἄλλα κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη.

Pro παλαί' ἔπη lege μάται' ἔπη.
Simili modo Herwerdenus [1]) emendavit versum 1246.

Oedip. Reg. 596.

νῦν πᾶσι χαίρω, νῦν με πᾶς ἀσπάζεται,
νῶν οἱ σέθεν χρῄζοντες αἰκάλλουσί με·

Fortasse legendum νῦν πᾶς [2]) ἐπαινεῖ.

Oedip. Reg. 685—686.

XO. ἅλις ἔμοιγ' ἅλις, γᾶς προπονουμένας,
Φαίνεται ἔνθ' ἔληξ, εν, αὐτοῦ μένειν.

Locus corruptus, nam προπονεῖσθαι, *antea laborare*, non est huius loci, siquidem nondum cessaverat regionis calamitas. Vim autem intensivam praepositioni h. l. sine exemplo nonnulli tribuunt. Fortasse etiam Φαίνεται, quod coniunctum cum ἅλις suspicionem movet, interpolatum est et alius vocabuli, e. g. τὴν ἔριν, locum occupavit. Emendationem despero.

Oedip. Reg. 818.

ὃν μὴ ξένων ἔξεστι μηδ' ἀστῶν τινα
δόμοις δέχεσθαι, μηδὲ προσφωνεῖν τινα
ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων.

Pro altero τινα fortasse legendum ἔτι.

---

1) Hoc tamen loco leniorem praetulerim emendationem κωφά, καὶ παλαί', ἔπη, *etiamsi antiqua*, scil. sermones iactati iam statim post Laii necem. vH.
2) πᾶς μ'? vH.

Oedip. Reg. 820.

καὶ τάδ' οὔτις ἄλλος ἦν
ἢ 'γὼ 'π' ἐμαυτῷ τάσδ' ἀρὰς ὁ προστιθείς.

Fortasse legendum ταῖς ἀραῖς.

Oedip. Reg. 987.

IO. καὶ μὴν μέγας γ' ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι.
OI. μέγας, ξυνίημ'· ἀλλὰ τῆς ζώσης φόβος.

Fortasse prior versus sic legendus est: καὶ μὴν μέγ' ἐστὶ (vel potius μέγ' εἰσὶ) θάλπος οἱ πατρὸς τάφοι, collata glossa Hesychiana θάλπος· καῦμα, παραμυθία, et loco Homerico Il. X. 223: μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται [1]).

Jebbius confert Trachin. 208: ὡς ἄελπτον ὄμμ' ἐμοὶ φήμης ἀνασχὸν τῆσδε νῦν καρπούμεθα; sed Schneidewinus-Nauckius et Wunderus propter ἀνασχὸν vocabulum ὄμμα recte ibi interpretantur *solem*.

Oedip. Reg. 1376.

ἀλλ' ἡ τέκνων δῆτ' ὄψις ἦν ἐφίμερος
βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε, προσλεύσσειν ἐμοί;

Pro βλαστοῦσ' expectatur βλαστόντων. Nonnulli interpretes putant Sophoclem, audacem verborum copulatorem, participium coniunxisse cum ὄψις pro τέκνων, quocum proprie esset coniungendum, ut Aiac. 8 κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις et Philoct. 1123, aliisque locis, quos citat Nauckius; Herwerdenus autem τέκνων ὄψις periphrasin esse ducit [2]) pro τέκνα, quae interpretatio est refutanda; non enim „τέκνα" sed „ὁρᾶν τὰ τέκνα" hoc loco summi est momenti.

Hartungius locum corruptum putabat; coniectura vero tentavit incertissima. Versus 1376 si abesset, nemo requireret.

Fortasse tamen scripsit poeta ἄβλαστ' ὅπως ἔβλαστε κτλ.

---

1) Nisi fallor, idem et ego aliquando proposui, sed ubi, non memini. vH.
2) In editione a. 1866, quam sententiam longe abest ut hodieque defendam. vH

Oedip. Reg. 1486.

καὶ σφὼ δακρύω· προσβλέπειν γὰρ οὐ σθένω·

Pro *καί* fortasse legendum *ὡς*.

Oedip. Reg. 1499.

τὸν πατέρα πατὴρ
ὑμῶν ἔπεφνε· [τὴν τεκοῦσαν ἤροσεν],
ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη, κἀκ [τῶν ἴσων]
ἐκτήσαθ' ὑμᾶς, ὧνπερ αὐτὸς ἐξέφυ.

Fortasse vers. 1498 inde natus est quod verba *ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη*, quae fuerit varia lectio pro verbis *ὧνπερ αὐτὸς ἐξέφυ*, in textum recepta et deinde in trimetri formam redacta sint. Quae opinio si vera, verisimile est Sophoclem versum 1499 ita scripsisse:

κἀκτήσαθ' ἡμᾶς, ἔνθεν αὐτὸς ἐξέφυ.

Oedip. Reg. 1505.

ὀλώλαμεν δύ' ὄντε, μή σφε παρίδῃς
πτωχὰς ἀνάνδρους ἐκγενεῖς ἀλωμένας,

Fortasse legendum: *μή σφας εἰσίδῃς* [1]).

Oedip. Reg. 1528.

ὥστε θνητὸν ὄντ' ἐκείνην τὴν τελευταίαν [ἰδεῖν]
ἡμέραν ἐπισκοποῦντα μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
τέρμα τοῦ βίου περάσῃ μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

ἰδεῖν defendi nequit. Stanleius coniecit *ἔδει*, Nauckius *χρεών* aut *θέμις*.

Nescio an sub *ἰδεῖν* lateat *ἀεί*.

---

1) Vide quae scripsi in editione mea pag. 192 sq. vH.

Oedip. Colon. 35.

OI. ὦ ξεῖν᾽, ἀκούων τῆσδε τῆς ὑπέρ τ᾽ ἐμοῦ
αὑτῆς θ᾽ ὁρώσης οὕνεχ᾽ ἡμῖν αἴσιος
σκοπὸς προσήκεις ὧν ἀδηλοῦμεν φράσαι.

Vulgo σκοπός viri docti ita interpretantur, ut Oedipus illum virum missum esse putaverit, qui quid ipse et Antigone agerent specularetur. Cur tamen ita sentiret, obscurum est. Et quid sibi volunt verba *explorator, qui dicat ea quae ignoramus*? Olim fortasse in margine adscriptum σκοπός (quod nomen magis sane conveniret homini *Colonaeo*, qui hodie satis inepte inter dramatis personas ξένος vocatur) pro genuina lectione migravit in textum.

Oedip. Colon. 55.

ἔχει δέ νιν
σεμνὸς Ποσειδῶν· ἐν δ᾽ ὁ πυρφόρος θεὸς
Τιτὰν Προμηθεύς·

Mentio facta Promethei permira, quippe cui non Coloni sed in Academia ara esset posita. (Vide Apollodorum apud schol.).

Praeterea nusquam in hac fabula Promethei nomen occurrit. Contra aegre Ἀθηνᾶ ἱππία desideratur. Quocirca verba ἐν δ᾽ ὁ πυρφόρος θεὸς | Τιτὰν Προμηθεύς suspecta mihi videntur. Pars prior etiam Oedip. Reg. 27 legitur, cum quo loco componatur Eurip. Phoeniss. 1122 Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν ὡς πρήσων πόλιν.

Oedip. Colon. 144.

OI. οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι
πρώτης, ὦ τῆσδ᾽ ἔφοροι χώρας.

Fortasse legendum εὐδαιμονίᾳ, ut est Philoct. 1425
ἀρετῇ τε πρῶτος ἐκκριθεὶς στρατεύματος.

Oedip. Colon. 234.

σὺ δὲ τῶνδ' ἑδράνων πάλιν ἔκτοπος
αὖθις ἄφορμος ἐμᾶς χθονὸς ἔκθορε,

αὖθις, *rursus*, de re mutata, nova in alterius locum succedente. L vero habet αὖτις, quam ob rem fortasse legendum αὐτίκ'.

Oedip. Colon. 362.

ΙΣ. ἐγὼ τὰ μὲν παθήμαθ' ἅπαθον, πάτερ,
[ζητοῦσα τὴν σὴν ποῦ κατοικοίης τροφὴν]
παρεῖσ' ἐάσω.

Hunc versum, si tribuendus, quod dubito, Sophocli, neutiquam certe tam male compositum a poeta proficisci potuisse contendo.

Oedip. Colon. 478.

ΟΙ. ἦ τοῖσδε κρωσσοῖς οἷς λέγεις χέω τάδε;

Praeter Oedipi quaestionem, *hisne utatur crateris*, nova expectatur quaestio, *quid libandum sit;* quo enim spectet τάδε obscurum est. Quam ob rem Bergkius et Nauckius 469—471 post 476 transponebaut.

Cui transpositioni duae res obstant:

a) πρῶτον μέν (469),

b) quod manuum lavatio (δι' ὁσίων χειρῶν θιγών 470) totam caerimoniam praecedat necesse est. Ecquid Sophocles scripsit: λέγεις; χέω δὲ τί;? Quia vero etiam sequens versus corruptus est, incerta manet emendatio.

Oedip. Colon. 906.

τοῦτον δ'ἐγὼ
εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἧκον, ἧς ὅδ' ἄξιος,
ἄτρωτον οὐ μεθῆκ' ἂν ἐξ ἐμῆς χερός.

ἀθῷον huic loco magis convenire videtur quam ἄτρωτον.

Oedip. Colon. 954 sq.

ΚΡ. θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆράς ἐστιν ἄλλο πλὴν
θανεῖν· θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται.

Nauckius expungit hoc duos versus; sed recte observatum est Creontem his versibus respondere iis, quae Theseus ei obiecerat vss. 930 sq.:

καί σ' ὁ πληθύων χρόνος
γέρονθ' ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν.

Fieri tamen potest, ut Sophocles non nisi hunc unum versum scripserit:

θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆρας ἄλλο πλὴν θανεῖν.

Oedip. Colon. 982—984.

ἔτικτε γάρ μ' ἔτικτεν, ὤμοι μοι κακῶν,
οὐκ εἰδότ' οὐκ εἰδυῖα, καὶ τεκοῦσά με
αὑτῆς ὄνειδος παῖδας ἐξέφυσέ μοι.

Hi versus, iudice Nauckio, sunt interpolati; disertam vero illius matrimonii mentionem aegre desiderari propter Oedipi verba 982—986 negari non potest. Nauckio tamen concedo hos versus hac quidem forma a Sophocle scribi non potuisse. Absurda enim suut illa „ἔτικτέ μ' οὐκ εἰδότ' οὐκ εἰδυῖα", neque exclamatio illa: ὤμοι μοι κακῶν hic satis apta videtur. Fortasse Sophocles scripsit:

ἔτικτε γάρ μ' ἔτικτε, καὶ τεκοῦσά με,
ἐγήματ' οὐκ εἰδυῖα, ὤμοι μοι κακῶν,
χαὐτῆς ὄνειδος παῖδας ἐξέφυσέ μοι.

Oedip. Colon. 1021.

ΘΗ. ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ, πομπὸν δέ με
χωρεῖν, ἵν', εἰ μὲν ἐν τόποισι τοῖσδ' ἔχεις
τὰς παῖδας, αὐτὸς ἡγεμὼν δείξῃς ἐμοί·
εἰ δ' ἐγκρατεῖς φεύγουσιν, οὐδὲν δεῖ πονεῖν.

Ita Nauckius et G. H. Muellerus legunt pro vulgatis *τὰς παῖδας ἡμῶν αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί.* Me iudice rarum verbum *ἐκδείξῃς*, quod minime olet interpolatorem, mutandum non est; sed Sophoclem scripsisse suspicor: *ἡμῖν αὐτὸς ἐκδείξῃς, ὅπου.* De ellipsi verbi *εἰσί* confer huius fabulae vers. 1218 locosque ibi citatos. Pro *οὐδὲν δεῖ πονεῖν* fortasse legendum: *οὐ 'μὲ* [ni potius amicus voluit *οὔ με*] *δεῖ πονεῖν.*

Oedip. Colon. 1109.

OI. *ὦ σκῆπτρα Φωτός.* AN. *δυσμόρου γε δύσμορα.*

Pluribus punctulis ponendis post *Φωτός* indicanda fuerat interrupta ab Antigona Oedipi oratio.

Oedip. Colon. 1114.

ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον
ἐμφύντε τῷ φύσαντι, κἀναπαύσατον
τοῦ πρόσθ' ἐρήμου τοῦδε δυστήνου πλάνου.

Verba *τοῦ—πλάνου* corrupta sunt. Sehrwaldus *τὸν πρόσθ' ἔρημον* coniecit, sed ita ineptum restat *πλάνου*, cuius notio huic loco non convenit. Fortasse Sophocles scripserat *δυστήνου πόνου.* Adiectivum *δύστηνος*, quod plerumque de hominibus adhibetur, de rebus usurpavit Sophocles Aiac. 1191, Oedip. Rex 790, Euripides Hercul. 1346.

Oedip. Colon. 1135.

οὐκ ἔγωγέ σε,
οὐδ' οὖν ἐάσω, τοῖς γὰρ ἐμπείροις βροτῶν
μόνοις οἷόν τε συνταλαιπωρεῖν τάδε.

Pro *βροτῶν* Nauckius legit *κακῶς*, et vs. 1136 *κακά* pro *τάδε.* Parum tamen eleganter duo versus contigui eodem vocabulo (*κακῶν* et *κακά*) terminantur. Vitium latere potest

in ἐμπείροις, pro quo fortasse legendum ἐν γένει[1]); confer Oedip. Reg. 1430

τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾶν
μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά.

Oedip. Colon. 1156.

ΘΗ. Φασίν τιν' ἡμῖν ἄνδρα, σοὶ μὲν ἔμπολιν
οὐκ ὄντα, συγγενῆ δέ, προσπεσόντα πως
βωμῷ καθῆσθαι τῷ Ποσειδῶνος,

σοὶ μὲν ἔμπολιν corruptum est. Nauckius suspicatur σοί γ' ὁμόπτολιν. Fortasse potius ut spuria expungenda sunt verba σοὶ μὲν ἔμπολιν | οὐκ ὄντα συγγενῆ δέ. Quae enim sequuntur haec verba parum apta esse docent.

Velut vs. 1160 roganti Oedipo „Unde venit et quid petit?" Theseus respondet „Hoc unum scio, eum tecum colloqui velle."

Oedip. Colon. 1225.

μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νικᾷ λόγον·

Verba νικᾷ τὸν ἅπαντα λόγον vertentes: „omnem aestimationem" viri docti articulum negligunt. Fortasse pro τὸν legendum τοι [2]).

Oedip. Colon. 1230.

ὡς εὖτ' ἂν τὸ νέον παρῇ κούφας ἀφροσύνας φέρον,
τίς πλάγχθη πολύμοχθος ἔξω; τίς οὐ καμάτων ἔνι;

L pr. m. habet: κούφας ἀφροσύναν φέρων.

Ex hoc scripturae vitio suspiceris pro παρῇ olim fuisse

1) Displicet tamen sic quoque additum βροτῶν vH.

2) Ni obstat hiatus, quem Sophocles nusquam in hoc carmine (nam vers. 1215 alia ratio est) admisit. Ita possis μὴ φῦναι μέν, minus enim placet μὴ φῦναί τιν', licet lenitate hoc commendetur. Utut est, iusta videtur amici offensio. vH.

παρῇς, coniunct. Aoristi verbi παρίημι, quod h. l. unice aptum est, et passim de tempore usurpatur „simulac post te reliqueris iuventutem cum levibus eius ineptiis".

Oedip. Colon. 1318.

τέταρτον Ἱππομέδοντ' ἀπέστειλεν πατὴρ
Ταλαός· ὁ πέμπτος δ' εὔχεται κατασκαφῇ
Καπανεὺς τὸ Θήβης ἄστυ δῃώσειν πυρί·

Κατασκαφῇ inexplicabile est, nisi forte putamus *dativum* esse *consecutivum*. Incerta tamen interpretatio. Ecquid Sophocles scripsit κατασκαφέν, accipiendum sensu proleptico?

Oedip. Colon. 1376.

τοιάσδ' ἀρὰς σφῷν πρόσθε τ' ἐξανῆκ' ἐγὼ
νῦν τ' ἀνακαλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοί.

Malim νῦν τ' αὖ καλοῦμαι coll. huius fabulae vers. 1385:

ἃς (scil. ἀράς) σοι καλοῦμαι, μήτε γῆς ἐμφυλίου
δόρει κρατῆσαι κτἑ.

Oedip. Colon. 1466.

ὀρανία γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν.

Pro ὀρανία lege ὀβρίμα.

Confer Hesiod. Theogon. 839 σκληρὸν δ' ἐβρόντησε καὶ ὄβριμον et huius fabulae vs. 1479 διαπρύσιος ὄτοβος.

Oedip. Colon. 1525.

τοῦτον δὲ φράζε μή ποτ' ἀνθρώπων τινί,
[μήθ' οὗ κέκευθε μήτ' ἐν οἷς κεῖται τόποις·]
ὥς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων ἀλκὴν ὅδε
δορός τ' ἐπακτοῦ γειτονῶν ἀεὶ τιθῇ.

Γειτονῶν] cod. γειτόνων, circumflexo a manu recentiore. Hoc verbum, pro quo in oratione soluta vulgo Graeci forma

γειτνιᾶν utuntur, *bis* apud *Aeschylum*, ter apud *Platonem* invenitur. Hoc loco intellegunt „quod semper est prope te." Alii legentes γειτόνων hunc genetivum coniungunt cum ἀλκήν, ut sit „defensio contra vicinos" i. e. *Thebanos*, alii contra cum verbis δορός τ' ἐπακτοῦ, „hastae vicinorum, peregre importatae" interpretantes. Neutra tamen interpretatio aptum praebet sensum. Fortasse locus interpolatus est proque versibus 1524 et 1525 Sopbocles unum posuerat:

ὥς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων ἀλκὴν τιθῇ [1]).

Oedip. Colon. 1623.

ὡς δὲ πρὸς τέλος
γόων ἀφίκοντ' οὐδ' ἔτ' ὠρώρει βοή,
ἦν μὲν σιωπή, φθέγμα δ' ἐξαίφνης τινὸς
θώυξεν αὐτόν, ὥστε πάντας ὀρθίας
στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας.

Offensioni sunt tam ἐξαίφνης, repetitum e vs. 1625, quam supervacaneum pronomen τινός.

Fortasse legendum: ἐξ ὄρφνης χθονός.

Confer Eurip. Hercul. 45 sq.

ἡνίκα χθονὸς
μέλαιναν ὄρφνην εἰσέβαινε παῖς ἐμός.

Oedip. Colon. 1648.

ὡς δ' ἀπήλθομεν,
χρόνῳ βραχεῖ στραφέντες ἐξαπείδομεν
τὸν ἄνδρα τὸν μὲν οὐδαμοῦ παρόντ' ἔτι.

Cum verbo composito ἐξαπείδομεν viri docti comparant

---

1) Vs. 1523 amicus me auctore delevit. Reliqua depravata potius quam interpolata crediderim. vH.

verba Homerica ἐξαποβαίνω et ἐξαποδύνω, quid tamen praepositio ἐξ praeposita verbo ἀφορᾶν significare possit nemo docuit, itaque nescio an poeta scripserit εἶτ' ἀπείδομεν.

Oedip. Colon. 1661.

οὐ γάρ τις αὐτὸν οὔτε πυρφόρος θεοῦ
κεραυνὸς ἐξέπραξεν οὔτε ποντία
θύελλα κινηθεῖσα τῷ τότ' ἐν χρόνῳ,
ἀλλ' ἤ τις ἐκ θεῶν πομπὸς ἢ τὸ νερτέρων
εὔνουν διαστὰν γῆς ἀλάμπετον βάθρον.

Νερτέρων quid hic sibi velit nescio. Fortasse legendum νέρτερον. Confer huius fabulae vs. 1576

κατεύχομαι ἐν καθαρῷ βῆναι
ὁρμωμένῳ νερτέρας
τῷ ξένῳ νεκρῶν πλάκας·

et Eurip. Alcest. 47

κἀπάξομαί γε νερτέραν ὑπὸ χθόνα.

Electr. 274.

ἴδω δὲ τούτων τὴν τελευταίαν ὕβριν,
τὸν αὐτοέντην ἡμῖν ἐν κοίτῃ πατρὸς
ξὺν τῇ ταλαίνῃ μητρί, μητέρ' εἰ χρεὼν
ταύτην προσαυδᾶν, τῷδε συγκοιμωμένην·

Iure Nauckius hunc locum spurium ducit, nam ἡμῖν sensu caret, verbum συγκοιμᾶσθαι, quod nusquam nisi hoc loco apud Sophoclem invenitur, suspectum est, et iure expectes saltem τὸν αὐτοέντην ξὺν — μητρὶ — συγκοιμώμενον. Nihilominus, quandoquidem hic ut in praegressis (266—274) de Aegisthi iniuriis queritur Electra, nescio an horum versuum auctor pro difficili τούτων dederit τούτου [1]).

---

1) Blaydesius ταύτην suspicatus est. vH.

Electr. 433.

οὐ γάρ σοι θέμις
οὐδ' ὅσιον ἐχθρᾶς ἀπὸ γυναικὸς ἱστάναι
κτερίσματ' οὐδὲ λουτρὰ προσφέρειν πατρί·

Praepositio ἀπό in *La* deest. Fortasse pro ἀπό legendum πρός, collato Trachin. 935

οὕνεκα
ἄκουσα πρὸς τοῦ θηρὸς ἔρξειεν τάδε. 935.

quo loco Nauckius adnotat: „dass die Auslassung eines Participium, wie ἠπατημένη oder πεπεισμένη, höchst befremdlich ist."

Confer tamen Hom. Il. VI 456

καί κεν ἐν Ἄργε' ἐοῦσα πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνῃς.

Electr. 537 sq.

ἀλλ' ἀντ' ἀδελφοῦ δῆτα Μενέλεω κτανὼν
τἄμ' οὐκ ἔμελλε τῶνδέ μοι δώσειν δίκην;

Si iure Nauckius versum 538 interpolatum esse iudicat, genuina versus prioris lectio mihi haec esse videtur:

ἀλλ' αὐταδελφοῦ δῆτα Μενέλεω χάριν;

Huc respicit Electra versu 576

ἔθυσεν αὐτὴν, οὐχὶ Μενέλεω χάριν.

Schenklius pro κτανών legit φίλου.

Electr. 686.

δρόμου δ' ἰσώσας τἀφέσει τὰ τέρματα
νίκης ἔχων ἐξῆλθε πάντιμον γέρας.

Fortasse pro τέρματα legendum πλίγματα.

Electr. 689.

χὤπως μὲν ἐν πολλοῖσι παῦρά (Bergkius παυροῖσι πολλά)
σοι λέγω,
οὐκ οἶδα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἔργα καὶ κράτη.

Fortasse legendum *π α γ κ ρ α τ ῆ*.

Confer Aeschyl. Agam. (de Oreste) 1648

ὅπως κατελθὼν δεῦρο πρευμενεῖ τύχῃ
ἀμφοῖν γένηται τοῖνδε π α γ κ ρ α τ ὴ ς φονεύς;

Electr. 691 sq.

ἓν δ' ἴσθ'· ὅσων γὰρ εἰσεκήρυξαν βραβῆς
δρόμων διαύλων ἆθλ' ἅπερ νομίζεται,
τούτων ἐνεγκὼν πάντα τἀπινίκια
ὠλβίζετ', κτλ.

Hi versus (691 sq.), quorum priorem iam alii damnaverunt, eiciantur, et in eorum locum migrent 686 et 687, mutato tamen *δρόμου* in *δ ρ ό μ ω ν* [1]).

Electr. 697.

ὅταν δέ τις θεῶν
βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰ σ χ ύ ω ν φυγεῖν.

Lege: *οὐδ' ἂν ε ἷ ς δ ύ η ν φυγεῖν* [2]).

Electr. 980.

τίς γάρ ποτ' ἀστῶν ἢ ξένων ἡμᾶς ἰδὼν
τοιοῖσδ' ἐπαίνοις οὐχὶ δεξιώσεται,
ἴδεσθε τώδε τὼ κασιγνήτω, φίλοι,
ὣ τὸν πατρῷον οἶκον ἐξεσωσάτην,
ὣ τοῖσιν ἐχθροῖς εὖ βεβηκόσιν ποτὲ
ψυχῆς ἀφειδήσαντε προυστήτην φ ό ν ο υ.

Lege *προυστήτην φ ο ν ε ῖ ς* [3]).

---

1) Et deleto *δ'*. Locum igitur sic constituebat amicus: *ἓν δ' ἴσθ'· ὅσων γὰρ εἰσεκήρυξαν βραβῆς | δρόμων ἰσώσας τἀφέσει τὰ πλίγματα | νίκης ἔχων ἐξῆλθε πάντιμον γέρας.* vH.

2) Heimsoethius *ὁ σθένων*, Meinekius *δύναι' ἂν* legi iussit. L. *δύναι τ'*, duabus tribusve litteris erasis. vH.

3) Immo *φονῆς*. vH.

Confer Aiac. 1133

TE. ἦ σοὶ γὰρ Αἴας πολέμιος προὔστη ποτέ;

Electr. 999.

δαίμων δὲ τοῖς μὲν εὐτυχὴς καθ' ἡμέραν,
ἡμῖν δ' ἀπορρεῖ κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.

Fortasse legendum εὐτυχῶς εὐημερεῖ.

Confer Oed. Colon. vs. 616 εὐημερεῖ καλῶς, cum adnotatione Nauckii.

Possis etiam εὐτυχεῖ κεὐημερεῖ[1]).

De crasi vide κεὐσταλής Soph. Philoct. 780 et κεὐτυχοῦσα Eurip. Androm. 888.

L. habet εὐτυχεῖ.

Electr. 1030.

XP. μακρὸς τὸ κρῖναι ταῦτα χὡ λοιπὸς χρόνος.

Fortasse κὠλίγος χρόνος, neque μακρὸς sanum esse videtur. Subkovius volebat ἄρκος, Weckleinius ἀρκῶν vel ἀρκεῖ.

Electr. 1045.

HΛ. καὶ μὴν ποιήσω γ' οὐδὲν ἐκπλαγεῖσά σε.

Fortasse legendum ἐκπλαγεῖσ' ἃ φῄς.

Confer Antig. 403

ἦ καὶ ξυνιεῖς, καὶ λέγεις ὀρθῶς ἃ φῄς.

Non enim erat quod Crysothemin timeret Electra, sed ea, quae ne faceret dehortabatur.

Electr. 1113 sq.

OP. φέροντες αὐτοῦ σμικρὰ λείψαν' ἐν βραχεῖ
τεύχει θανόντος, ὡς ὁρᾷς, κομίζομεν.

---

1) Quod me iudice et per se et propter codicis lectionem praeferendum, nam εὐτυχῶς εὐημερεῖ lectione εὐημερεῖ καλῶς vix satis defenditur. vH.

Legendum:

θανόντος αὐτοῦ σμικρὰ λείψαν' ἐν βραχεῖ
τεύχει φέροντες, ὡς ὁρᾷς, κονίομεν.

Confer Aeschyl. Septem 59 sq.

ἐγγὺς γὰρ ἤδη πάνοπλος Ἀργείων στρατὸς
χωρεῖ κονίει.

Nauckio debetur transpositio vocabulorum: φέροντες et θανόντος.

Electr. 1347.

ΗΛ. τίς οὗτός ἐστ', ἀδελφέ; πρὸς θεῶν φράσον.
ΟΡ. οὐχὶ ξυνιεῖς; ΗΛ. οὐδέ γ' ἐς θυμὸν φέρω.
ΟΡ. οὐκ οἶσθ' ὅτῳ μ' ἔδωκας ἐς χέρας ποτέ;

Secundus versus, Sophocle indignus, reddendus est interpolatori. Sophocles certe scripsisset: οὐδέ γ' εἰκάσαι πάρα.

Electr. 1349 sq.

ΗΛ. ποίῳ; τί φωνεῖς; ΟΡ. οὗ τὸ Φωκέων πέδον
ὑπεξεπέμφθην σῇ προμηθίᾳ χεροῖν.

Fortasse legendum: ΟΡ. ᾧ 'ς [1]) τὸ Φωκέων πέδον
ξυνεξεπέμφθην σῇ προμηθίᾳ λάθρᾳ (vel φρενῶν).

Trachin. 25.

ἐγὼ γὰρ ἥμην ἐκπεπληγμένη φόβῳ
μή μοι τὸ κάλλος ἄλγος ἐξεύροι ποτέ.

Pro ποτέ fortasse legendum τότε [2]).

Trachin. 64.

ΥΛΛ. ποῖον; δίδαξον, μῆτερ, εἰ διδακτά μοι.

---

1) Praepositionem non addiderim. vH.

2) At τότε, eo praesertim loco positum (nam procul dubio amicus iungebat cum ἥμην), languet. Optime me iudice alterum versum delevit Hartungus. vH.

Nauckius suspicatur: *εἰ διδάκτ' ἔφυ*, ut sit *διδακτά* = *ῥητά*. Confer Oedip. Reg. 300: ΟΙ. *ὦ πάντα νωμῶν Τειρεσία, διδακτά τε | ἄρρητά τ' οὐράνιά τε καὶ χθονοστιβῆ.*

Διδακτά cum dativo personae, quem adloquimur, iungi vetat ni fallor grammatica, itaque male conieceris *διδακτά σοι*. Fieri tamen potest, ut *διδακτός* sit adiectivum verbale verbi passivi *διδάσκεσθαι*, *discere*, quare nihil mutare fuerit satius.

Trachin. 80.

ΔΗ. *ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,*
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον εἰς τὸν ὕστερον.
τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων' ἔχειν.

Alius quidem poëta hoc loco pro *ἄρας ἀράμενος* dixisset; in Sophocle vero audaci novatori verbi activi usus non sollicitandus. Versum sic ediderim: *ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον* – ⏑ *ὕστατον* [1]).

Trachin. 314.

ΑΙ. *τί δ' οἶδ' ἐγώ; τί δ' ἄν με καὶ κρίνοις;*
γέννημα τῶν ἐκεῖθεν οὐκ ἐν ὑστάτοις.

τί δ' ἄν με καὶ κρίνοις; „quam ob rem hoc ex me quaeras?" non est huius loci. Potius expectatur *τί δή με* (vel potius: *τί δὴ 'μὲ*) *καὶ κρίνεις;*

Trachin. 338.

τούτων ἔχω γὰρ πάντ' ἐπιστήμην ἐγώ.

Si versum corruptum non ducimus, *πάντ'* interpretandum „in omnes partes" [2]). Verisimile tamen est vocabula *ἔχω* et *ἐγώ* alterum in alterius locum migrasse.

---

1) Ego olim proposui *ἆθλον, ὕστατον πόνων*. vH.

2) *Πάντ'* adverbialiter iungi solet cum adiectivis, quapropter non dubito quin fuerit olim *πάντ' ἐπιστήμων*. Possis *τούτων ἐγὼ γὰρ πάντ' ἐπιστήμων ἔφυν*. Simile quid iam olim suasi, scribens sine necessitate *κάρτ' ἐπιστήμων*. vH

Trachin. 361.

ἀλλ' ἡνίκ' οὐκ ἔπειθε τὸν Φυτοσπόρον
τὴν παῖδα δοῦναι, κρύφιον ὡς ἔχοι λέχος,
ἔγκλημα μικρὸν αἰτίαν θ' ἑτοιμάσας
ἐπιστρατεύει πατρίδα ....

Αἰτίαν, *accusationem* significans, non est huius loci, idque eo minus, quod *μικρόν* cum *αἰτίαν* coniungi nequit. Quam ob rem fortasse *θ'* post *αἰτίαν* expungendum est et vertendum: „Postquam parvi momenti crimen (patriae invadendae) causam sibi paravit”.

Trachin. 383.

XO. *ὄλοιντο μή τι πάντες οἱ κακοί, τὰ δὲ*
λαθραῖ' ὃς ἀσκεῖ μὴ πρέποντ' αὐτῷ κακά.

Pro versu 383 L. omittit XO, et versus 383—384 nuntio tribuit; dedit Weckleinius Deianirae contendens chori duci non convenire, quae vs. 387 demum consulenti ipsi Deianirae apte respondeat. Si tamen in partium divisione sequimur *L.*, plane tollitur, ni fallor, huius loci difficultas. Aptissimi enim sunt hi versus in ore nuntii, sed dedecent tam Chori ducem quam Deianiram [1]).

Trachin. 491.

ΔΗ. *ἀλλ' ὧδε καὶ φρονοῦμεν, ὥστε ταῦτα δρᾶν,*
κοὔτοι νόσον γ' ἐπακτὸν ἐξαρούμεθα,
θεοῖσι δυσμαχοῦντες.

Verbum medium *ἐξαίρεσθαι*, quod a probatis scriptoribus de praeda, mercede, lucro adhibetur aut (Plat. Prot. p. 319 E)

---

1) De nuntio, modo vss. genuini sint, prorsus assentior, sed alter certe horum versuum, qualis nunc traditur, propter inepta illa „*μὴ πρέποντ' αὐτῷ*” a Sophocle scribi non potuit, nec sufficiunt coniecturae. Confer Schol. vH.

de homine vi abripiendo ab hoc loco alienissimum est. Lege: *ἐξακούμεθα* et de composito cf. Menand. (Mein.) IV pag. 287 *ἐξακεῖσθαί μοι δοκῶ τὸ δίκτυον.*

Trachin. 1167.

φανῶ δ' ἐγὼ τούτοισι συμβαίνοντ' ἴσα
μαντεῖα καινά, τοῖς πάλαι ξυνήγορα,
ἃ τῶν ὀρείων καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ
Σελλῶν ἐσελθὼν ἄλσος εἰσεγραψάμην
πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυός.

Pro *εἰσεγραψάμην* fortasse scribendum *ἐξεγραψάμην* collato Aristoph. Av. vs. 982:

ὃν ἐγὼ παρὰ τἀπόλλωνος ἐξεγραψάμην.

Confer tamen Soph. Philoct. 1325:

καὶ ταῦτ' ἐπίστω, καὶ γράφου φρενῶν ἔσω.

Philoctet. 17.

ἀλλ' ἔργον ἤδη σὸν τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν,
σκοπεῖν θ' ὅπου 'στ' ἐνταῦθα δίστομος πέτρα
τοίαδ', ἵν' ἐν ψύχει μὲν ἡλίου διπλῆ
πάρεστιν ἐνθάκησις, κτλ.

Pro *ἡλίου διπλῆ* fortasse legendum: *ἡλιουμένη*. Interpretes opinantur saxum pervium Philoctetae habere foramina orientem et occidentem versus, quam sententiam falsam esse arbitror. Haec enim, ni fallor, spectabant septentriones et meridiem, quod stabilitur versu 1457 fabulae:

οὗ πολλάκι δὴ τοὐμὸν ἐτέγχθη
κρᾶτ' ἐνδόμυχον πληγαῖσι νότου.

Philoctet. 33.

NE. *στιπτή γε φυλλὰς ὡς ἐναυλίζοντί τῳ.*

Retinenda lectio L. *στιπτή*, vel potius *στειπτή γε φυλλάς*,

neque recipienda cum Nauckio coniectura Hartungii, qui ex scholiastae adnotatione: *χαμαιστρωσία ἐκ φύλλων* elicuit lectionem *στρωτή*. Sophocles pro *στιβὰς φύλλων* optime *στειπτὴ φυλλὰς* dicere potuit.

Philoctet. 83.

νῦν δ' εἰς ἀναιδὲς ἡμέρας μέρος βραχὺ
δός μοι σεαυτόν.

Fortasse legendum: *νῦν δ' εἰς μιᾶς τῆσδ'.*

Philoctet. 289.

πρὸς δὲ τοῦθ', ὃ μοι βάλοι
νευροσπαδὴς ἄτρακτος, αὐτὸς ἂν τάλας
εἱλυόμην δύστηνον ἐξέλκων πόδα
πρὸς τοῦτ' ἄν·

Vulgo locus sic accipitur ut *πρὸς τοῦτ' ἂν* verborum *πρὸς δὲ ταῦτ'* epanalepsis esse putetur, quod non est stili Sophoclei. Potius prius *πρός* adverbialiter est accipiendum et *τοῦθ'* coniungendum cum sequeuti *ὅ*.

Philoctet. 1014.

ἀλλ' ἡ κακὴ σὴ διὰ μυχῶν βλέπουσ' ἀεὶ
ψυχή νιν ἀφυῆ τ' ὄντα κοὐ θέλονθ' ὅμως
εὖ προὐδίδαξεν ἐν κακοῖς εἶναι σοφόν.

Pro *ἀφυῆ* fortasse legendum *ἀφελῆ*.

III ad Euripidem.

Andromach. 592.

Peleus sic invehitur in Menelaum:

σὺ γὰρ μετ' ἀνδρῶν, ὦ κάκιστε κἀκ κακῶν;
σοὶ ποῦ μέτεστιν ὡς ἐν ἀνδράσιν λόγου;
ὅστις πρὸς ἀνδρὸς Φρυγὸς ἀπηλλάγης λέχος,
ἄκληστ' ἄδουλα δώμαθ' ἑστίας λιπών,
ὡς δὴ γυναῖκα σώφρον' ἐν δόμοις ἔχων
πασῶν κακίστην.

Pro ΑΠΗΛΛΑΓΗΣ, quod non est huius loci, suspicor Euripidem dedisse ΑΠΗΜΠΛΑΚΕΣ, sive ut Porsonus et Elmsleius scribi iubent ΑΠΗΠΛΑΚΕΣ. Confer Eurip. Iphig. in Aul. 124 ΠΡ. καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρων ἀπλακὼν | οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαρεῖ | σοὶ σῇ τ' ἀλόχῳ; et Eurip. Alc. 242 καὶ τάσδε τύχας | λεύσσων βασιλέως, ὅστις ἀρίστης | ἀπλακὼν ἀλόχου τῆσδ' ἀβίωτον | τὸν ἔπειτα χρόνον βιοτεύσει.

Euripides videtur ἀ(μ)πλακεῖν auxisse praepositione ἀπό exemplo Homeri, qui Il. VI 411 cecinit:

ἐμοὶ (nempe Androm.) δέ κε κέρδιον εἴη
σεῦ ἀφαμαρτούσῃ χθόνα δύμεναι·

Hecub. 828.

ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἄναξ.

Fortasse legendum ποῦ σοι φίλας.

Hercul. 1416.

ΗΡ. σὺ ποῖος ἦσθα νέρθεν ἐν κακοῖσιν ὤν;
ΘΗ. ὡς εἰς τὸ λῆμα παντὸς ἦν ἥσσων ἀνήρ.

Non potuit Theseus tam abiecte de se loqui. Sensit hoc Badhamius, qui coniecit πλήν pro ὡς.

Equidem auspicor vitium latere in ἦν ἥσσων, quod vitium alere patet e forma ἦν ab Euripidis aetate aliena. Potuit poeta scribere ἢ κρείσσων.

Hippol. 305.

ΤΡ. ἀλλ' ἴσθι μέντοι, πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα
γίγνου θαλάσσης, εἰ θανεῖ, προδοῦσα σοὺς
παῖδας πατρῴων μὴ μεθέξοντας δόμων,
μὰ τὴν ἄνασσαν ἱππίαν Ἀμαζόνα.

Lege: εἰ θανεῖ, προδοὺς ἔσει κτἑ.

Hippol. 549.

τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ
πῶλον ἄζυγα λέκτρων
ἄνανδρον τὸ πρὶν καὶ ἄνυμφον, οἴκων
ζεύξασ' ἄπ' εἰρεσίᾳ, δρομάδα
τὰν Ἄιδος ὥστε Βάκχαν,
σὺν αἵματι κτλ.

Fortasse legendum: οἴκων
ζεύξασ' ἄπ' Εὐρυτίων.

Hippol. 571.

ΧΟ. τίνα θροεῖς αὐδάν; τίνα βοᾶς λόγον;
ἔννεπε τίς φοβεῖ σε φάμα, γύναι,
φρένας ἐπίσσυτος.

Ne dochmius exiret in *syllabam brevem*, Bartholdus cum Weilio legit: τίνα λόγον βοᾷς.

Si quid mutandum, non minus probabiliter coniicias librarii errore dochmios inter se locum mutasse, cui rei ansam dare potuit vocabulum τίνα utrumque dochmium exordiens.

Hippol. 954.

ΘΗ. ἤδη νυν αὔχει καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς
σίτοις καπήλευ', Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων
βάκχευε πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνούς.

Pro πολλῶν fortasse legendum μώρων [1]).

Hippol. 1012.

μάταιος ἄρ' ἦν, οὐδαμοῦ μὲν οὖν φρενῶν.

Fortasse legendum ἄρ' ἦ μάταιος, οὐδαμοῦ μὲν οὖν φρενῶν.

Hippol. 1383.

ἔμολέ τ' ἔπ' ἐμὲ
τί ποτε τὸν οὐδὲν ὄντ' ἐπαίτιον κακῶν;

Τί ποτε; nonne lectoris est adnotatio?

Hippol. 1459.

ΘΗ. ὦ κλείν' Ἀθηνῶν Παλλάδος θ' ὁρίσματα.

Latet fortasse Παλλάδος τ' ἐρείσματα.

Iphig. in Aulide 684.

ΑΓ. παύω τοὺς λόγους· ταχεῖα γὰρ
νοτὶς διώκει μ' ὀμμάτων ψαύσαντά σου.

Fortasse legendum νοτὶς διαίνει μ' [2]).

Iphig. in Aulide 1361.

ΚΛ. παῖς ἄρ' οὐκέτι σφαγήσεται;
ΑΧ. οὐκ ἐμοῦ γ' ἑκόντος.

Pro ἑκόντος fortasse legendum ἔτ' ὄντος [3]).

---

1) Lenior correctio foret φαύλων, i. e. οὐδενὸς ἀξίων. vH.

2) „διώκει suspectum" adnotavit Nauckius. In eandem suspicionem olim ipse incidi et, nisi fallor, alicubi vulgavi. vH.

3) οὔκ, ἐμοῦ γε ζῶντος Nauckius. Utrum verum sit, difficile dictu est. vH.

Ion. 16.

Creusa, ait Mercurius, ἀγνὼς πατρὶ
γαστρὸς διήνεγκ' ὄγκον· ὡς δ' ἦλθεν χρόνος
τεκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ' ἀπήνεγκεν βρέφος
εἰς ταὐτὸν ἄντρον οὗπερ ηὐνάσθη θεῷ
Κρέουσα,

Minus recte Herwerdenus, qui bene observavit in eodem versu ferri non posse παῖδα et βρέφος, vitii sedem quaesivit in βρέφος [1]). Mihi παῖδ' corruptum esse videtur ex λάθρ'.

Ion. 280.

ΙΩΝ. σὺ δ' ἐξεσώθης πῶς κασιγνήτων μόνη;
ΚΡ. βρέφος νεογνὸν μητρὸς ἦν ἐν ἀγκάλαις.

Fortasse legendum βρέφος νεογνὸν μητρὸς ἀγκάλαισιν ἦ [2]).

Ion. 957.

ΚΡ. αἱ ξυμφοραί γε καὶ τὸ λανθάνειν μόνον.

Fortasse ἀξύμφορον γάρ μοι τὸ μανθάνειν τινά et ἀξύμφορον quidem ex Herwerdeni coniectura [3]).

Cycl. 226.

ΚΥ. ὁρῶ γέ τοι τούσδ' ἄρνας ἐξ ἄντρων ἐμῶν
στρεπταῖς λύγοισι σῶμα συμπεπλεγμένους,
τεύχη τε τυρῶν συμμιγῆ, κτλ.

Fortasse legendum συμμιγῶν.

---

1) Cf. tamen Phoen. 22, et vide quae scripsi in Ionis editione mea p. 78. Nihilominus λάθρ' eximie mihi placet, nam ea notio vix hic abesse potuit. vH.

2) Magis mihi arridet Nauckiana correctio οὖσ' pro ἦν (vide meam edit. pag. 111). vH.

3) Ipse nempe dubitabundus temptaveram e. g. ἀξύμφορ' εἰπεῖν, εἴ τι λανθάνειν θέλεις. Praeter primum vocabulum (quod dixi ed. meae pag. 190), *prorsus incerta* correctio. vH.

Cycl. 288.

ΟΔ. ἱκετεύομέν τε καὶ λέγομεν ἐλευθέρως,
μὴ τλῇς πρὸς ἄντρα σοὺς ἀφιγμένους ξένους
κτανεῖν βορᾶν τε δυσσεβῆ θέσθαι γνάθοις·

Heimsoethus coniecit πρὸς οἴκους σούς.

Fortasse legendum ἄντρα σ' εἰσαφιγμένους ξένους. Confer Androm. 13 οἴκων νομισθεῖσ' Ἑλλάδ' εἰσαφικόμην [1]).

Cycl. 379.

ΟΔ. δισσούς γ' ἀθρήσας κἀπιβαστάσας χεροῖν,
οἳ σαρκὸς εἶχον εὐτρεφέστατον πάχος.

ἐπιβαστάζω hic tantum invenitur. Praepositio quid sibi velit hoc loco, me fugit; quam ob rem Euripidem scripsisse suspicor:

κἄτι βαστάσας χεροῖν.

Dictum est βαστάζειν pro ψηλαφᾶν [2]).

Cycl. 584.

ἅλις Γανυμήδην τόνδ' ἔχων ἀναπαύσομαι
κάλλιστα νὴ τὰς Χάριτας

Ἅλις in hac verborum copulatione inexplicabile. Fortasse post ἅλις punctum minus ponendum. Cyclops enim imaginatur Gratias sibi palpari; quarum blanditias aversatus dicit „ἅλις" i. e. „sat mihi est." Ebrius verba nullis copulis coniuncta iactat. Confer Sophocl. Oed. Colon. 194 ἅλις, ὡς ἀκούεις.

Med. 18.

προδοὺς γὰρ αὑτοῦ τέκνα δεσπότιν τ' ἐμὴν

1) Lenius etiam fuerit σοὺσαφιγμένους, i. e. σοι ἐσ., praeterea vero nescio an simul μὴ τλῇς ἐς ἄντρα corrigendum sit. vH.

2) An κᾆτα? Confer tamen ἐπιψαύειν, ἐπιψηλαφᾶν, ἐφάπτομαι. vH.

γάμοις Ἰάσων βασιλικοῖς εὐνάζεται,
γήμας Κρέοντος παῖδ', ὃς αἰσυμνᾷ χθονός.

Εὐνάζεσθαι γάμοις mira locutio, neque γάμοις — γήμας pulchre dictum. Nonne γάμοις glossema est pro λέκτροις? Confer Hesych. λέχος· κοίτη, κλίνη, γάμος, μῖξις, συνουσία, γυνή.

Med. 113.

ὦ κατάρατοι
παῖδες ὄλοισθε στυγερᾶς ματρὸς
σὺν πατρί, καὶ πᾶς δόμος ἔρροι.

Fortasse transponendum στυγερᾶς ματρὸς παῖδες ὄλοισθε, et pro σύν scribendum ξύν.

Med. 284.

συμβάλλεται δὲ πολλὰ τοῦδε δείματος·
σοφὴ πέφυκας καὶ κακῶν πολλῶν ἴδρις,
λυπεῖ δὲ λέκτρων ἀνδρὸς ἐστερημένη.

Aut post primum versum versus excidit, aut verba τοῦδε δείματος tenent locum vocabuli vel vocabulorum, ad quae explicanda haec addita esse suspicor, ut Euripides v. c. scripserit συμβάλλεται δὲ πολλά μοι τεκμήρια, aut legendum τοῦδε δείγματα, collatis Eurip. Supplic. 354 λαβὼν δ' Ἄδραστον δεῖγμα τῶν ἐμῶν λόγων et Electr. 1174 τρόπαια δείγματ' ἀθλίων προσφαγμάτων.

Schol. ad Med. 331.

ΚΡ. ὅπως ἄν, οἶμαι, καὶ παραστῶσιν τύχαι. 331

Schol. ἐπεὶ καθόλου ἡ Μήδεια τὸν ἔρωτα κακὸν ἀπεφήνατο, ἐπήγαγεν ὁ Κρέων τοῦτο ἀναιρῶν καί φησιν ὅτι ὁ ἔρως οὐκ ἀεὶ κακός, ἀλλ' ὡς ἂν ἄγηται ὑπὸ τῆς τύχης. πολλοὶ γὰρ ἐρασθέντες ἔτυχον.

Pro ἔτυχον lege εὐτύχουν.

Med. 388.

τίς γῆν ἄσυλον καὶ δόμους ἐχεγγύους
ξένος παρασχὼν ῥύσεται τοὐμὸν δέμας;

Pro ξένος fortasse legendum ξένῃ, et in fine versus δέμας τόδε cum auctore Christi patientis 890.

Med. 471.

οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν οὐδ' εὐτολμία,
φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν,
ἀλλ' ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων
πασῶν, ἀναίδει'.

Pro μεγίστη E. habet καλλίστη, quod fortasse natum est ex κακίστη.

Med. 478.

ΜΗΔ. ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι
ταὐτὸν συνεισέβησαν Ἀργῷον σκάφος,
πεμφθέντα ταύρων πυρπνόων ἐπιστάτην
ζεύγλαισι καὶ σπεροῦντα θανάσιμον γύην·

Pro ἐπιστάτην fortasse legendum ἐπιστατεῖν.

Med. 564.

παῖδας δὲ θρέψαιμ' ἀξίως δόμων ἐμῶν
σπείρας τ' ἀδελφοὺς τοῖσιν ἐκ σέθεν τέκνοις
εἰς ταὐτὸ θείην καὶ ξυναρτήσας γένος
εὐδαιμονοίην.

Ξυναρτήσας γένος locutio est insolita. Elmsleius confert fragm. 562 apud Nauckium et Dindorfium ex Oeneo: Τυδεὺς — παῖδα δ' Ἀδράστου λαβὼν συνῆψε γένναν, i. e.: „suum genus cum Adrasti genere coniunxit." Ibi tamen Valckenaerius κῆδος, Nauckius εὐνήν coniecerunt. Quam ob rem hic quidem Medeae vers. 564 expunxit, Kvičala vero verba τοῖσιν (563) — θείην

(564), versu 565 rescribens *εὐδαιμονοῦσι*, ut sit sententia „nostro genere cum opulentae familiae genere coniuncto". Nonne vero longe simplicior est correctio *γένη* pro *γένος*?

Med. 676 sq.

ΜΗ. *θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ;*
ΑΙ. *μάλιστ', ἐπεί τοι καὶ σοφῆς δεῖται φρενός.*

Fortasse delendi [1]).

Med. 698 sq.

ΜΗΔ. *μέγαν γ' ἔρωτα· πιστὸς οὐκ ἔφυ φίλοις.*
ΑΙΓ. *ἴτω νυν, εἴπερ ὡς λέγεις ἐστὶν κακός.*

Fortasse delendi sunt.

Med. 722.

εἰς τοῦτο γὰρ δὴ φροῦδός εἰμι πᾶς ἐγώ.

Versus aut corruptus aut, quod potius credo, spurius.

Med. 925 sq.

ΜΗ. *οὐδέν· τέκνων τῶνδ' ἐννοουμένη πέρι.*
ΙΑ. *θάρσει νυν· εὖ γὰρ τῶνδε θήσομαι πέρι.*
ΜΗ. *δράσω τάδ'· οὔτοι σοῖς ἀπιστήσω λόγοις·*
γυνὴ δὲ θῆλυ κἀπὶ δακρύοις ἔφυ.
ΙΑ. *τί δή, τάλαινα, τοῖσδ' ἐπιστένεις τέκνοις;*

Suspecti versus. Fortasse tamen solus vs. 925 est delendus et pro *δράσω τάδ'* legendum *Ἴασον*.

Med. 996.

μεταστένομαι δὲ σὸν ἄλγος

---

1) Facit pro hac sententia et versus sequentis (678) clausula *εἰ θέμις κλύειν* et parum aptum prioris versus initium, pro quo Heimsoethius suspicabatur *ἦ θεμιτὸν*. vH.

ὦ τάλαινα παίδων
μᾶτερ ἃ φονεύσεις cet.

Μεταστένομαι „abwechselnd beklage ich" = στένομαι δ' αὖ (Weckleinius). Sed verbum significat *poenitentia mota defleo*, *poenitet me*. Confer Homer. Od. IV. 261 ἀάτην δὲ μετέστενον. Aeschyl. Eum. 59 μεταστένειν πόνον. Eurip. Hecub. 214 μετακλαίομαι, *piget me*."

Apte Herwerdenus coniecit μέγα στένομαι, in qua tamen lectione desideratur notio αὖ, quam Weckleinius falso praepositioni inesse putat.

Fortasse Euripides scripsit: μέγ' αὖ στένομαι τεὸν ἄλγος.

Med. 1245.

ἄγ' ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμή, λαβὲ ξίφος,
λάβ', ἕρπε πρὸς βαλβῖδα λυπηρὰν βίου,
καὶ μὴ κακισθῇς μηδ' ἀναμνησθῇς τέκνων
ὡς φίλταθ', ὡς ἔτικτες·

Schol. videtur legisse λυπηρᾶς [1]).

---

1) Calami procul dubio error pro λυπηροῦ.
Schol. (ed. Schwartzii): ἄγε δὴ οὖν, ὦ Μήδεια, πρὸς ἄφεσιν ὅρμα καὶ ἀρχὴν δυστυχοῦς βίον (sic), typograficum vitium pro βίου, ut arbitror. Confer ibi adnotat. vH.

CAPUT TERTIUM.

AD COMICOS.

Acharn. 43.

KH: *πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν·*
πάριθ', ὡς ἂν ἐντὸς ἦτε τοῦ καθάρματος.
AM. *ἤδη τις εἶπε;* KH. *τίς ἀγορεύειν βούλεται;*

Hamakerus Mnem. 1853 p. 1 vere observavit nimis absurde nostro loco praeconis orationem interrumpi Amphithei verbis *ἤδη τις εἶπε;* Quare coll. Eccl. 130 legi iussit: *σίγα, σιώπα, τίς ἀγορεύειν βούλεται;* iusto vero audacius Gendtius Mnem. ibid. p. 408 proposuit *ἤδη ἐντός εἰμι;* quod languet.

Olim, ni fallor, perierat penthemimeris iambica ante vocabula *τίς ἀγορεύειν βούλεται;* et grammaticus nescio quis expleverat hiatum; postea vero reperta vera scriptura *πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν* alienum locum occupavit, quibus verbis plane idem accidit quod loco Aristophanis in Av. 1343, ubi explementum Aristophanis Byzantini una cum duobus versibus postea repertis aetatem tulit. Scripsit igitur poeta me iudice:

KHP. *πάριθ' ὡς ἂν ἐντὸς ἦτε τοῦ καθάρματος·*
πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν. τίς ἀγορεύειν βούλεται;

Acharn. 51 sq.

γαμεῖ δὲ Κελεὸς Φαιναρέτην τήθην ἐμὴν,
ἐξ ἧς Λυκῖνος ἐγένετ'· ἐκ τούτου δ' ἐγὼ
ἀθάνατός εἰμ'· ἐμοὶ δ' ἐπέτρεψαν οἱ θεοὶ
σπονδὰς ποιῆσαι πρὸς Λακεδαιμονίους μόνῳ.

Pro ἀθάνατός εἰμ' lege 'Αμφίθεός εἰμ'.

Pro πρὸς Λακεδαιμονίους μόνῳ expectatur fere πρὸς Λάκωνας τῇ πόλει. Cf. vs. 57.

Acharn. 96.

πρὸς τῶν θεῶν, ὤνθρωπε, ναύφαρκτον βλέπεις,
ἢ περὶ ἄκραν κάμπτων νεώσοικον σκοπεῖς;

Fortasse vocabulum νεώσοικον corruptum est.

Acharn. 201.

ταύτας δέχομαι καὶ σπείσομαι κἀκπίομαι,
χαίρειν κελεύων πολλὰ τοὺς 'Αχαρνέας·
ἐγὼ δὲ πολέμου καὶ κακῶν ἀπαλλαγεὶς
ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς εἰσιὼν Διονύσια.

Verba ἐγὼ δὲ sine causa cum magno pondere initio sententiae leguntur, quod sensisse iam videtur Dobraeus, qui pro ἐγώ suspicatur legendum esse ἤδη, quod non displicet Dindorfio, qui tamen mavult οὕτω. Cum autem Rav. habeat πολέμου τε καί, conicio Aristophanem dedisse:

πολέμου δὲ καὶ κακῶν ἀπαλλαγεὶς ἐγὼ
ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς εἰσιὼν Διονύσια.

Acharn. 216 sq.

ὧδε φαύλως ἂν ὁ
σπονδοφόρος οὗτος ὑπ' ἐμοῦ τότε διωκόμενος
ἐξέφυγεν οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς ἂν ἀπεπλίξατο.

Vocabula *ὑπ' ἐμοῦ τότε διωκόμενος* adnotatio lectoris cuiusdam esse videntur, neque vocula *ἂν* repetita in verbis *οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς ἂν* probari potest. Quomodo versus sint corrigendi, propter insertam illam adnotatiunculam difficile dictu est; nulla tamen exstat causa cur cum Dindorfio in vs. 231, qui respondet vs. 216, admittamus hiatum.

Acharn. 452.

ὦ θύμ', ὁρᾷς γὰρ ὡς ἀπωθοῦμαι δόμων,
πολλῶν δεόμενος σκευαρίων, νῦν δὴ γενοῦ
γλίσχρος, προσαιτῶν, λιπαρῶν τ'. Εὐριπίδη,
δός μοι σπυρίδιον διακεκαυμένον λύχνῳ.

Fortasse legendum *προσαιτῶν· λιπαρῶ σ', Εὐριπίδη, κτὲ.*

Acharn. 642.

ταῦτα ποιήσας πολλῶν ἀγαθῶν ἄξιος ὑμῖν γεγένηται.

Pro *ταῦτα ποιήσας* expectatur quale est *ταῦτ' οὖν παύσας.* Vide ad vs. 634 *παύσας — ἐξαπατᾶσθαι* [1]).

Acharn. 955 sqq..

χὤπως κατοίσεις αὐτὸν εὐλαβούμενος.
πάντως μὲν οἴσεις οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλ' ὅμως·
κἂν τοῦτο κερδάνῃς ἄγων τὸ φορτίον,
εὐδαιμονήσεις συκοφαντῶν γ' εἵνεκα.

Lege *ἀλλ' ὅμως | ἓν τοῦτο κερδάνῃς ἄγων τὸ φορτίον* [2]). Vs. 955 tribuendus videtur Boeoto cum Brunckio et aliis; nam Dicaeopolidis vix esse possunt propter 943—945, ubi idem

---

1) Quia respicitur ad *παύσας ὑμᾶς* cet. vs. 684 lectio vulgata defendi potest. Si tamen quid mutandum est, *ταῦτ' οὖν* (sive *ἄρα*) *πείσας* lenior fuerit correctio. vH.

2) Si recte *ἓν* coniecit amicus, procul dubio simul *κερδάνῃς* in *κερδανεῖς* refingendum erit et *κερδάνῃ* est calami lapsus. Pro *κατοίσεις*, quod frustra tuetur Muellerus, legerim *ἀποίσεις*. vH.

Dicaeopolis dicit: *ἰσχυρόν ἐστιν, ὢγάθ', ὥστ' | οὐκ ἂν καταγείη ποτ', εἴ | περ ἐκ ποδῶν | κατωκάρα κρέμαιτο.*

Vocabulum *κατοίσεις* corruptum est. Blaydes *μάλ' οἴσεις* coniecit.

Acharn. 1137.

τὸ δεῖπνον, ὦ παῖ, δῆσον ἐκ τῆς κιστίδος.

Pro *τὸ δεῖπνον* fort. leg. *τὸ τυλεῖον*. Cf. Meinekium ad Eupolidem II p. 496 s. v. *κόλακες*. In loco Pollucis X. 39, qui ibi citatur: *τὰ μὲν οὖν τυλεῖα καὶ τὰ κνέφαλλα οὐ μόνον παρὰ τοῖς κωμῳδοῖς ἔστιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Δημιοπράτοις πέπραται κνέφαλλον καινὸν καὶ κνέφαλλον παλαιόν*, pro alterutro *κνέφαλλον* legendum est *τυλεῖον* [1]).

Equit. 106.

OI.B. *λαβὲ δὴ καὶ σπεῖσον ἀγαθοῦ δαίμονος·*
ἕλχ' ἕλκε τὴν τοῦ δαίμονος τοῦ Πραμνίου.

Vs. 106 suspectus, quo abiecto vs. 107 dandus est *οἰκέτῃ* B, ut est in libris.

Equit. 271.

ἀλλ', ἐὰν ταύτῃ γε νικᾷ, ταυτῃὶ πεπλήξεται.

Pro *γε νικᾷ* lege *γ' ὑπείκῃ* [2]).

Equit. 274.

ΠΑ. *ὦ πόλις καὶ δῆμ', ὑφ' οἵων θηρίων γαστρίζομαι.*
ΧΟ. *καὶ κέκραγας, ὥσπερ ἀεὶ τὴν πόλιν καταστρέφει;*

---

1) Metrum obstat apud Aristophanem, ita ut saltem scribendum sit sine articulo *τυλεῖον*. Me nondum poenitet olim coniecisse *τὸν δεῖνον* s. *δῖνον*, i. e. poculum. Convenit mecum Müllerus: „Vocem desidero poculum aut simile quid significantem". Similiter Bergkius Pindaro Pyth. IX, 19 pro *δείπνων* reddidit *δείνων* s. *δίνων*. vH.

2) Cf. Blaydesii coniecturae. vH.

Nisi forte versus ante hunc versum excidit, pro καὶ legendum est ὡς.

Equit. 362.

ἀλλὰ σχελίδας ἐδηδοκὼς ὠνήσομαι μέταλλα.

Σχελίδες, quod vocabulum iure hic legitur, significatione a σκελίδες differt, nam σχελίδες = βοὸς πλευρά· ἢ ἁπλῶς τὰ πλευρικὰ τῶν βοῶν, ὡς Αἰσχύλος Schol. σκελίδες· τὰ περιμήκη τμήματα Hesych., quod fere nostrates *lapjes* appellant.

Cum Pherecrates in fabula Μεταλλῆς fr. 108 K v. 13 dixerit σκελίδες ὁλόκνημοι .... καὶ δίεφθ' ἀκροκώλια distinguenda esse apparet σχελίδες et σκελίδες. Libri Pollucis in loco laudato Pherecratis habent VI 58 σχελίδες et II 191 σκελίδες. Apud Athenaeum VI 268 E cod. C σχελίδες, reliqui libri σκελίδες exhibent, IV p. 95 A omnes conspirant in σχελίδες, item apud Aristophanem.

Equit. 369.

ΑΛ. διώξομαί σε δειλίας.
ΠΑ. ἡ βύρσα σου θρανεύσεται.

Pro θρανεύσεται unus e scholiastis videtur legisse ξανθήσεται. Scribit enim: ξαίνειν ἔλεγον τὸ τύπτειν, καὶ ξαίνεσθαι τὸ πάσχειν, φησὶν οὖν, ἡ βύρσα σου τυπτομένη διαφθαρήσεται κτἑ.

Equit. 545.

τούτων οὖν εἵνεκα πάντων
545 ὅτι σωφρονικῶς κοὐκ ἀνοήτως ἐσπηδήσας ἐφλυάρει,
αἴρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον.

Fortasse legendum ὅτι σώφρων ἦν [1]).

1) Blaydesius σώφρων ἐστ' οὐδ' nescio an rectius. vH.

Equit. 707.

ἐπὶ τῷ Φαγὼν ἥδοιτ' ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ;

Fortasse legendum *τί δὴ Φάγοις ἥδιστ' ἄν, ἢ βαλλάντιον;*

Equit. 853.

ὁρᾷς γὰρ αὐτῷ στῖΦος οἷόν ἐστι βυρσοπωλῶν
νεανιῶν.

Pro *νεανιῶν* fortasse legendum *νεανικῶν*. Cf. Equit. 611 *ὦ — νεανικώτατε*; Plut. 1137 *κρέας νεανικόν.*

Equit. 857.

ὥστ', εἰ σὺ βριμήσαιο καὶ βλέψειας ὀστρακίνδα,
νύκτωρ καθαρπάσαντες ἂν τὰς ἀσπίδας θέοντες
τὰς ἐσβαλὰς τῶν ἀλΦίτων ἂν καταλάβοιεν ἡμῶν.

Pro *ἂν καταλάβοιεν* fortasse legendum *προκαταλάβοιεν* [1]).

Vesp. 140.

ὁ γὰρ πατὴρ εἰς τὸν ἰπνὸν εἰσελήλυθεν
καὶ μυσπολεῖ τι καταδεδυκώς. ἀλλ' ἄθρει,
κατὰ τῆς πυέλου τὸ τρῆμ' ὅπως μὴ ἐκδύσεται.

Deleatur comma post *ἄθρει* et ponatur post *τρῆμ'* [2]). Cf. Thesm. 607

ΚΛ. *γιγνώσκεθ' ὑμεῖς ἥτις ἐσθ' ἡδὶ γυνή;*
ΧΟ. *γιγνώσκομεν δῆτ'. ἀλλὰ τὰς ἄλλας ἄθρει.*

Vesp. 237.

κᾆτα περιπατοῦντε νύκτωρ
τῆς ἀρτοπώλιδος λαθόντ' ἐκλέψαμεν τὸν ὅλμον.

Legendum fortasse *περιπολοῦντε.*

---

1) Lentingius *κατ' ἂν λάβοιεν*. vH.

2) Res incertior, quare praestiterit cum Blaydesio virgulam prorsus omittere. Si ponam, potius posuerim post *ἄθρει* cum Leeuwenio aliisque. vH.

Vesp. 291.

ὕπαγ', ὦ παῖ, ὕπαγε.
ἐθελήσεις τί μοι οὖν, ὦ πάτερ, ἤν σού τι δεηθῶ

Pro *ἐθελήσεις τί* lege *χαρίσαι' ἂν σύ.*

Vesp. 330.

κἄπειτ' ἀνελών μ' ἀποφυσήσας
εἰς ὀξάλμην ἔμβαλε θερμήν.

Pro *ἀνελών* legendum fortasse *ἀνέμῳ.*

Vesp. 386.

δράσω τοίνυν ὑμῖν πίσυνος· καὶ — μανθάνετ'; — ἤν τι πάθω ἐγώ,
ἀνελόντες καὶ κατακλαύσαντες θεῖναι μ' ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις.

Pro *ὑπὸ* lege *ἐπὶ.* Cf. Ecol. 1107

ὅμως δ' ἐάν τι πολλὰ πολλάκις πάθω
ὑπὸ τοῖνδε τοῖν κασαλβάδοιν δεῦρ' ἐσπλέων,
θάψαι μ' ἐπ' αὐτῷ τῷ στόματι τῆς ἐσβολῆς.

Vesp. 400.

οὐ ξυλλήψεσθ' ὁπόσοισι δίκαι τῆτες μέλλουσιν ἔσεσθαι;

Lege *ὁπόσοις μισθοί.* Cf. Acharn. 632 *οὐδ' ὑποτείνωνν μισθούς* et Vesp. 659 *μισθοὺς καὶ δημιόπρατα.*

Vesp. 481.

τοῦτο γὰρ παρεμβαλοῦμεν τῶν τριχοινίκων ἐπῶν.

Pro *παρεμβαλοῦμεν* lege *παρεμβάλωμεν.*

Vesp. 486.

οὐδέποτέ γ' οὐχ ἕως ἄν τί μου λοιπὸν ᾖ,

ὅστις ἡμῶν ἐπὶ τυραννίδ' ὧδ' ἐστάλης.
οὐδέποτέ γ' οὐχ libri. Lege οὐδέποτε σοῦ γ'.

Vesp. 522 sq.

ΒΔ. ἄρετέ νυν ἅπαντες αὐτόν.
ΦΙ. καὶ ξίφος γέ μοι δότε·
ἢν γὰρ ἡττηθῶ λέγων σου, περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει.

Transponantur hi versus post vs. 525. Pro ἅπαντες fortasse legendum ἀνύσαντες.

Vesp. 595.

κἂν τῷ δήμῳ γνώμην οὐδεὶς πώποτ' ἐνίκησεν, ἐὰν μὴ
εἴπῃ τὰ δικαστήρι' ἀφεῖναι πρώτιστα μίαν δικάσαντας.

Pro εἴπῃ lege πείσῃ [1]).

Vesp. 601.

σκέψαι δ' ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν οἵων μ' ἀποκλῄεις καὶ κατερύκεις.

Lege σκέψαι δ' ὦ τᾶν [2]).

Vesp. 712.

νῦν δ' ὥσπερ ἐλαολόγοι χωρεῖθ' ἅμα τῷ τὸν μισθὸν ἔχοντι.

Lege ἅμα τῷ μισθὸν παρέχοντι.

Vesp. 715.

ἀλλ', ὁπόταν μὲν δείσωσ' αὐτοί, τὴν Εὔβοιαν διδόασιν ὑμῖν.

Pro αὐτοί lege οὗτοι [3]).

---

1) Vix opus. Satis erat rem proposuisse in comitiis. vH.
2) Cf. Blaydesii et Leeuwenii notae et vide quam incerta sit loci correctio. vH.
3) Omnino ad h. l. vide Blaydesium. vH.

Verp. 913.

νὴ τὸν Δί', ἀλλὰ δῆλός ἐστ'· ἔμοιγέ τοι
τυροῦ κάκιστον ἀρτίως ἐνήρυγεν
ὁ βδελυρὸς οὗτος.

Pro ἔμοιγέ — ἐνήρυγεν conicias ἔμουγέ — κατήρυγεν ut versu 1151 οἴμοι δείλαιος· | ὡς θερμὸν ἡ μιαρά τί μου κατήρυγεν, sed praestat ἔμοιγέ — προσήρυγεν ut apud Diodorum in Ἐπικλήρῳ apud Ath. p. 239, vs. 35 οἷς ἐπειδὴ προσηρύγοι | ῥαφανῖδας [1]).

Vesp. 961.

960 ἐγὼ δ' ἐβουλόμην ἂν οὐδὲ γράμματα,
ἵνα μὴ κακουργῶν ἐνέγραφ' ἡμῖν τὸν λόγον.

Pro κακουργῶν lege κακοῦργον. Cf. Dem. adv. Lept. 125 κακουργότατος λόγος [2]).

Vesp. 999.

πῶς οὖν ἐμαυτῷ τοῦτ' ἐγὼ ξυνείσομαι.

Pro ξυνείσομαι lege ξυγγνώσομαι.

Vesp. 1536.

τοῦτο γὰρ οὐδείς πω πάρος δέδρακεν,
ὀρχούμενον ὅστις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν.

Pro δέδρακεν lege ἔδρακεν [3]).

Av. 153.

ἀλλ' εἰσὶν ἕτεροι τῆς Λοκρίδος Ὀπούντιοι,
ἵνα χρὴ κατοικεῖν.

Pro χρὴ fortasse legendum χρῆν.

---

1) Cf. tamen ἐμβλέπω, ἐγχάσκω, sim. vH.
2) Saepe Plato κακουργεῖν τὸν λόγον de eo qui falsis utitur argumentis. Recte Blaydesius ξυνέγραφ'. Utraque coniuncta coniectura lege κακοῦργον ξυνέγραφ'. vH.
3) Num recte habet in hoc metro tribrachys? vH.

Av. 431.

ΕΠ. λέγει μέγαν τιν' ὄλβον οὔ-
τε λεκτὸν οὔτε πιστὸν, ὡς
εἶναι σὰ ταῦτα πάντα, καὶ
τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε καὶ
τὸ δεῦρο, προσβιβᾷ λέγων.
ΧΟ. πότερα μαινόμενος;
ΕΠ. ἄφατον ὡς φρόνιμος.
ΧΟ. ἔνι σοφόν τι φρενί;
ΕΠ. πυκνότατον κίναδος·
σόφισμα, κύρμα, τρῖμμα, παιπάλημ' ὅλον.

Σόφισμα glossema videtur pro ἄλημα.

Av. 860.

παῦσαι σὺ φυσῶν. Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἦν;
τουτὶ μὰ Δί' ἐγὼ πολλὰ δὴ καὶ δείν' ἰδὼν
οὔπω κόρακ' εἶδον ἐμπεφορβειωμένον.

Pro τουτὶ μὰ Δί' lege οὔτοι μὰ Δί'.

Av. 1218.

κἄπειτα δῆθ' οὕτω σιωπῇ διαπέτει
διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους;

Pro ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους fortasse legendum ἀλλοτρίας; φεῦ τοῦ θράσους.

Av. 1506.

ΠΕ. τί γάρ ἐστι;
ΠΡ. σίγα, μὴ κάλει μου τοὔνομα·
ἀπὸ γάρ μ' ὀλεῖς, εἴ μ' ἐνθάδ' ὁ Ζεὺς ὄψεται.

In Ravennate adnotatum: ὁ Ζεὺς δηλονότι. Hinc suspicor olim lectum fuisse αὐτὸς ὄψεται.

Lysistr. 1238.

ὥστ' εἰ μέν γέ τις
ᾄδοι Τελαμῶνος, Κλειταγόρας ᾄδειν δέον,
ἐπῃνέσαμεν ἂν καὶ προσεπιωρκήσαμεν.

Pro προσεπιωρκήσαμεν lege προσεπεκροτήσαμεν.

Thesm. 637.

κᾆπειτ' ἀποδύσετ' ἐννέα παίδων μητέρα;

Durum anapaestum ex Aristophane exemerim scribendo ἐννεάπαιδα.

Thesm. 936.

ὦ πρύτανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἥνπερ Φιλεῖς
κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἤν τις διδῷ.

Pro κοίλην fortasse scribendum est κυλλήν. Cf. Arist. Equit. 1083 τὴν τούτου χεῖρ' ἐποίησεν Κυλλήνην ὀρθῶς, ὁτιὴ Φησ', ἔμβαλε κυλλῇ [1]).

Ran. 153.

νὴ τοὺς θεοὺς ἐχρῆν γε πρὸς τούτοισι
καὶ εἰ πυρρίχην τις ἔμαθε τὴν Κινησίου.

Alii legunt κεἰ τὴν πυρρίχην. Articulo ante πυρρίχην omisso, scribendum erit τῶν Κινησίου.

Ran. 417.

ΧΟ. βούλεσθε δῆτα κοινῇ
σκώψωμεν Ἀρχέδημον;

Iniuria Kockius in adnotatione dubitat, num hic Archedemus idem sit atque is de quo loquitur Xenophon.

---

1) Observandum tamen est κυλλῇ illo ioco annominationis causa esse adhibitum, neque κυλλός prorsus idem quod κοῖλος, sed „dolore articulorum curvatum" significare. vH.

Ran. 431.

ἔχοιτ' ἂν οὖν φράσαι νῷν
Πλούτων' ὅπου 'νθάδ' οἰκεῖ;

Quid sibi velit vocabulum *οὖν*, non liquet. Num forte ante hunc versum aliquid excidisse putandum est? [1]).

Ran. 703.

εἰ δὲ ταῦτ' ὀγκωσόμεσθα κἀποσεμνυνούμεθα.

Fortasse legendum *νῦν* pro *ταῦτ'* [2]).

Ran. 758.

ΞΑ. *τίς οὗτος οὔνδον ἐστὶ θόρυβος χἠ βοὴ*
χὠ λοιδορησμός; ΑΙ. *Αἰσχύλου κεὐριπίδου.*

Post quaestionem, quidnam strepitus ille et clamor sibi velint, molestiam praebet quod praeterea quaerit Xanthias, *χὠ λοιδορησμός;* Quam ob rem Bergkius hunc versum post vs. 760 transposuit. Quod si recte fecit, ut iam Meinekius observavit, pro *χὠ* legendum erit *ὁ δέ*. Fortasse tamen vulgata est retinenda, leni adhibita correctione: *τίς — θόρυβος χἠ βοή;* ΑΙ. *ὁ λοιδορησμὸς Αἰσχύλου κεὐριπίδου.*

Ran. 985 sq.

τίς τὴν κεφαλὴν ἀπεδήδοκεν
τῆς μαινίδος; τὸ τρύβλιον
τὸ περυσινὸν τέθνηκέ μοι.

Expectatur interrogatio. Fortasse legendum est: *τί τὸ τρύβλιον | τὸ περυσινὸν πέπονθέ μοι* [3]); Verbum *πάσχειν* vulgo de

---

1) Fortasse scribendum *ἔχοι τις ἂν* (scil. *ὑμῶν τῶν χορευτῶν*) *φράσαι νῷν* — Versum excidisse minus est verisimile. vH.

2) Vide tamen Blaydesium. vH.

3) Blaydesius coniecit *τὸ τρύβλιον — βέβηκέ μοι.* Sive hoc sive illud probandum est, verba ut sensit amicus, accipienda sunt pro interrogatione. Cf. *ζητεῖ* vs. 983. vH.

personis usurpatur; confer tamen Plut. 551 *ἀλλ' οὐχ οὑμὸς τοῦτο πέπονθεν βίος, οὐ μὰ Δί'.* Nub. 234 *πάσχει δὲ ταὐτὸ τοῦτο καὶ τὰ κάρδαμα.* Alexis (Mein. fragm. com. III pag. 429) *κειμένων ἰχθυδίων | μικρῶν τρεμόντων τῷ δέει τί πείσεται;* Id pag. 404 *ἐνθυμούμενος — ὑπ' ἀκάνθης μηδὲ ἓν τούτους* (scil. *δακτύλους γυναικὸς*) *παθεῖν.*

Ran. 1185.

Ἀπόλλων ἔφη
ἀποκτενεῖν τὸν πατέρα, πρὶν καὶ γεγονέναι.

Fortasse legendum *πρὶν κἀγνωκέναι*[1]).

Ran. 1321.

οἰνάνθας γάνος ἀμπέλου,
βότρυος ἕλικα παυσίπονον.

Nescio an legendum sit *παυσιπόνου.*

Ran. 1361.

σὺ δ', ὦ Διὸς διπύρους ἀνέχουσα ·
λαμπάδας ὀξυτάταιν χεροῖν Ἑκάτα, παράφηνον
ἐς Γλύκης, ὅπως ἂν
εἰσελθοῦσα φωράσω.

Vocabulum *Διός* quid hic sibi velit obscurnm esc. Quid Aristophanes scripserit indagare non potui[2]).

Ran. 1393.

μέθεσθε μέθεσθε· καὶ τὸ τοῦδέ γ' αὖ ῥέπει·
θάνατον γὰρ εἰσέθηκε βαρύτατον κακῶν.

---

1) Idem ipse olim proposui. Cf. tamen Eur. Phoen. 1595 sq. vH.

2) Suspicor poetam dedisse *σὺ δ', ἃ Διός, <ἃ> διπύρους ἀνέχουσα | λαμπάδας ὀξυτάταιν χεροῖν Ἑκάτα.* Iam Meinekius *ἃ διπύρους* pro *διὰ πύρους*, sic enim libri. vH.

Herwerdenus *κόκκυ, μέθεσθε*. Ecquid olim ante vs. 1393 versus legebatur, qualis est 1390, *λάβεσθε τοίνυν αὖθις κτλ.*? Quod si ita est, inde nasci potuit *λάβεσθε*, *μέθεσθε* cet., quae verba, cum omni sensu çarerent corrigi potuerunt in *μέθεσθε, μέθεσθε*.

Plut. 202.

Νὴ τὸν Δί', ἀλλὰ καὶ λέγουσι πάντες ὡς
δειλότατόν ἐσθ' ὁ πλοῦτος.

Ante verbà *νὴ τὸν Δί'* nescio quid excidit.

Cratinus ap. Phrynichum Praep. Soph. p. 28. 29
(Mein. IV. 215).

τούτου δ' ἁπάσας ἀποτεμῶ τὰς μηχανάς.

Legendum *ὑποτεμῶ*, quod si verum, statuendum iam Phrynichum, sive quicumque hanc praeparationem confecit, vitiose legisse *ἀποτεμῶ*, videtur enim hic liber factus esse *κατὰ στοιχεῖον*.

Antiphanis fragm. inc. 4 (Meiu. III. 134).

τοῦ μὲν πιεῖν γὰρ καὶ φαγεῖν τὰς ἡδονὰς
ἔχομεν ὁμοιάς· οὐχὶ τοῖς λαμπροῖσι δὲ
δείπνοις τὸ πεινῆν παύεται.

Post vocabulum *παύεται* excidisse aliquid suspicor. Poetam huiuscemodi quid dixisse crediderim: „Fames enim non magis expletur coena opulenta, quam simplici" [1]).

Alexidis fragm. ex Lino apud Ath. IV. 164b (Mein. III. 444).

βιβλίον
ἐντεῦθεν ὅτι βούλει προσελθὼν γὰρ λαβέ,

1) Quam sententiam ipse Nov. Add. crit. pag. 22 restituere conatus sum suppleto sic vs. 8 <*μόνοισι*> *δείπνοισ*<*ιν*> *κτέ.*; et etiam nunc Kockii II pag. 112 dissensionem vanam existimo. vH.

ἔπειτ' ἀναγνώσει, πάνυ γε διασκοπῶν
ἀπὸ τῶν ἐπιγραμμάτων ἀτρέμα τε καὶ σχολῇ.
Ὀρφεὺς ἔνεστιν, Ἡσίοδος, τ ρ α γ ῳ δ ί ᾳ,
Χοιρίλος, Ὅμηρος, Ἐπίχαρμος, συγγράμματα
παντοδαπά.

Displicet interpositum vocabulum τραγῳδία, pro quo nomen alicuius auctoris expectes. Mihi quidem verisimile videtur hoc vocabulum ortum esse ex annotatiuncula nescio cuius lectoris, qui ad nomen Χοιρίλος in margine appinxerit τραγῳδοποιός, et hoc verbum in textum irrepsisse et versui aptatum genuinum nomen proprium expulisse.

Archestratus apud Ath. VII. 314e.

ἀλλὰ λαβὲ ξιφίου τέμαχος Β υ ζ ά ν τ ι ο ν ἐλθών,
οὐραίου τ' αὐτὸν τὸν σφόνδυλον.

Lege Β υ ζ α ν τ ί ο υ.

Epicharmus apud Ath. VIII. 338d in Λόγῳ καὶ Λογίνᾳ.

ὁ Ζεύς μ' ἐκάλεσε Π έ λ ο π ι τέρανον ἑστιῶν.

Constans Graecorum usus postulat Π έ λ ο π α accusativum. Non obstat locus Aristoph. Thesm. 941, ubi Mnesilochus orat prytanem ut lictorum iubeat ipsum veste muliebri exutum ad palum vincire:

ἵνα μὴ 'ν κροκωτοῖς καὶ μίτραις γέρων ἀνὴρ
γέλωτα παρέχω τοῖς κόραξιν ἑστιῶν;

dativus enim h. l. coniungendus est cum γέλωτα παρέχω et cogitatione supplendum τοὺς κόρακας ad ἑστιῶν.

Antiphanes in *Cylope* apud Ath. IX. 402e (Mein. III. 73).

τυρὸς χλωρός, τυρὸς ξηρός,
τυρὸς κοπτός, τυρὸς ξυστός,

τυρὸς τμητός, τυρὸς πηκτός.

Pro πυκτός lege κνηστός [1]).

PHILEMO apud Stabaeum Flor. XXX. 4 (Mein. IV p. 31).

13 ἀλλ' ἑταῖροι καὶ φίλοι σοι καὶ συνήθεις, νὴ Δία,
ἔρανον εἰσοίσουσιν. εὔχου μὴ λαβεῖν πεῖραν φίλων.

Lege: „ἀλλ' ἑταῖροι καὶ φίλοι μοι καὶ συνήθεις, νὴ Δία,
ἔρανον εἰσοίσουσιν." εὔχου κτλ.,

plane ut est in vs. 6

„ἀλλὰ χρήματ' ἐστὶν ἡμῖν." ἅ γε τάχιστ' ἀπόλλυται.

PHILEMO in Flor. Vatic. apud Mai. II p. XXVII (Mein. IV. 49).

εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίον κεκτημένος
μηδὲν δ' ὅμως τι τῶν καλῶν πειράσεται,
ἐγὼ μὲν αὐτὸν οὔποτ' ὄλβιον καλῶ,
φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.

Imo δυσδαίμονα.

COMICUS ANONYMUS apud Cassium Dionem H. R. LX. 29 (Mein. IV. p. 614).

ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν μαστιγίας.

Lege ἀφόρητόν.

ANONYMUS apud Plutarch. Mor. 1098 b (Mein. IV 676).

τί κάθῃ καὶ πίωμεν· οὐ καὶ σιτία
πάρεστιν; ὦ δύστηνε μὴ σαυτῷ φθόνει.

Meinekius coniecit κλίθητι καὶ πίωμεν·
Idem et Fritschius τί καὶ κάθῃ; πίωμεν·
Herwerdenus τί κάθῃ σὺ παῖ; πίωμεν·
Equidem praetulerim τί δαὶ κάθῃ; πίωμεν·

1) Amicus coniecturam fortasse petivit ex Eustathio pag. 872. 11 παρ' ᾧ (scil. Athenaeo) καὶ ὁ κοπτὸς πυρὸς καὶ ὁ τμητὸς ὁ αὐτὸς ἂν εἴη τῷ κνηστῷ. Apud Eustathium nescio an post πυρὸς elapsa sint verba καὶ ὁ ξυστός. vH.

CAPUT QUINTUM.

AD HISTORICOS.

I ad Herodotum.

Her. I 60.

ὦ Ἀθηναῖοι, δέκεσθε ἀγαθῷ νόῳ Πεισίστρατον, τὸν αὐτὴ ἡ Ἀθηναίη τιμήσασα ἀνθρώπων μάλιστα κατάγει ἐς τὴν ἑωυτῆς ἀκρόπολιν.

Dele *ἀκρόπολιν.*

Her. VII 16 a.

Ἶσον ἐκεῖνο, ὦ βασιλεῦ, παρ' ἐμοὶ κέκριται,. Φρονέειν τε εὖ καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι·

Pro *Φρονέειν τε εὖ* fortasse legendum *Φρονέειν τε αὐτόν.*

II ad Thucydidem.

Thuc. I 22, 4.

ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν καὶ

τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις κατὰ τὸ ἀνθρώπειον τοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτὰ ἀρκούντως ἕξει.

Legendum fortasse *περὶ τῶν μελλόντων* et *τὰ ὠφέλιμα.*

Thuc. I 37, 2.

ξύμμαχόν τε οὐδένα βουλόμενοι πρὸς τἀδικήματα οὐδὲ μάρτυρα ἔχειν οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι [1]).

Lege pro *οὔτε ὥστε.* Nusquam enim occurrit apud Thucydidem *τε — οὔτε.*

Thuc. I 39, 2.

τότε καὶ τὸ εὐπρεπὲς τῆς δίκης παρέσχοντο·

Legendum fortasse *προὔσχοντο.* Hesychius explicat *προφασίζονται.*

Verbo *προέχομαι* Thucydides utitur I 140, 4 *ὅπερ μάλιστα προύχονται.*

Thuc. I 42, 1.

ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι.

Legendum fortasse *ἀμείβεσθαι.*

Thuc. I 50, 4.

οἱ δὲ (scil. *Κορκυραῖοι*) *ταῖς πλοΐμοις καὶ ὅσαι ἦσαν λοιπαὶ μετὰ τῶν Ἀττικῶν νεῶν καὶ αὐτοὶ ἀντεπέπλεον, δείσαντες μὴ ἐς τὴν γῆν σφῶν πειρῶσιν ἀποβαίνειν.*

Dele *καὶ — λοιπαί.* Cf. I 52, 1 *τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀναγαγόμεναι αἵ τι Ἀττικαὶ τριάκοντα νῆες καὶ τῶν Κορκυραίων ὅσαι πλόϊμοι ἦσαν ἐπέπλευσαν κτέ.*

---

1) Qua de causa ipse edidi *γε — οὐδέ.* vH.

Thuc. I 51, 2.

τοῖς δὲ Κορκυραίοις (ἐπέπλεον γὰρ μᾶλλον ἐκ τοῦ ἀφανοῦς) οὐχ ἑωρῶντο καὶ ἐθαύμαζον τοὺς Κορινθίους πρύμναν κρουομένους, πρίν τινες ἰδόντες εἶπον ὅτι νῆες ἐκεῖναι ἐπιπλέουσι[1]).

Dele *ὅτι — ἐπιπλέουσι.*

Thuc. I 53, 3.

τῶν δὲ Κορκυραίων τὸ μὲν στρατόπεδον ὅσον ἐπήκουσεν ἀνεβόησεν εὐθὺς λαβεῖν τε αὐτοὺς καὶ ἀποκτεῖναι, οἱ δ' Ἀθηναῖοι τοιάδε ἀπεκρίναντο.

Dele *τὸ* et *στρατόπεδον.*

Thuc. I 131, 2.

καὶ ἐς μὲν τὴν εἱρκτὴν ἐσπίπτει τὸ πρῶτον ὑπὸ τῶν ἐφόρων (ἔξεστι δὲ τοῖς ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο), ἔπειτα διαπραξάμενος ὕστερον ἐξῆλθε κτἑ.

Cum Pausanias non fuerit rex Spartanorum, sed *πρόδικος* Plistarchi, Thucydides non potuit addere verba *ἔξεστι δὲ τοῖς ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο.* Appellant quidem Pseudo-Demosthenem contra Neaeram § 97, qui Pausaniam dicit *τὸν τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέα.* Sed quid hoc ad rem? Is enim locus nihil aliud demonstrat, nisi oratorem illum erravisse, cum nemo facile contenderit Thucydidem ignorasse, quo munere Pausanias fungeretur.

Iam Bremius, teste Poppone, hoc coniecit, sed postea verba in textu retinenda esse censuit.

Thuc. II 11, 3.

οὐκ οὖν χρή, εἴ τῳ καὶ δοκοῦμεν πλήθει ἐπιέναι καὶ ἀσφάλεια πολλὴ εἶναι μὴ ἂν ἐλθεῖν τοὺς ἐναντίους ἡμῖν διὰ μάχης.

---

1) Thucydides saltem scripsisset *αἱ νῆες ἐκεῖναι ἐπιπλέουσι.* vH.

Pro *ἐπιέναι* lege *περιεῖναι*.
Cf. Herod. IX 31 *πολλὸν πλήθεϊ*.
Thuc. VI 22 *πολὺ ναῦσί*.
Xen. An. I. 8, 13 *τοσοῦτον πλήθει*.

Thuc. II 15, 1.

ἐπὶ γὰρ Κέκροπος καὶ τῶν πρώτων βασιλέων ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα ἀεὶ κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο πρυτανεῖά τε ἐχούσας καὶ ἄρχοντας, καὶ ὁπότε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνῇσαν βουλευσόμενοι ὡς τὸν βασιλέα.
Pro *δείσειαν* lege *δεήσειεν*.

Thuc. II 40, 2.

μόνοι γὰρ τόν τε μηδὲν τῶνδε μετέχοντα οὐκ ἀπράγμονα, ἀλλ' ἀχρεῖον νομίζομεν, καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα.
Delendum est *ὀρθῶς*.

Thuc. II 44, 1.

καὶ οἷς ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη.
Legendum fortasse partim cum aliis: *καὶ οἷς ἂν εὖ διαπονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ εὖ τελευτῆσαι ξυμμετρηθῇ.*

Thuc. II 49, 5.

τὰ δ' ἐντὸς οὕτως ἐκάετο ὥστε μήτε τῶν πάνυ λεπτῶν ἱματίων καὶ σινδόνων τὰς ἐπιβολὰς μηδ' ἄλλο τι ἢ γυμνὸν ἀνέχεσθαι, ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν·
Dele verba *ἢ γυμνόν* [1]).

1) Ut est in libris melioribus; *ἢ γυμνοί* dett. cum Galeno. vH.

III ad Xenophontem.

Anab. I 2, 21.

ἀμήχανος εἰσελθεῖν στρατεύματι.
Dele *εἰσελθεῖν*.

Anab. I 3, 20.

κἂν μὲν ᾖ ἐκεῖ, τὴν δίκην ἔφη χρῄζειν ἐπιθεῖναι αὐτῷ, ἢν δὲ φεύγῃ, ἡμεῖς ἐκεῖ πρὸς ταῦτα βουλευσόμεθα.

Cobetus *κἂν μὲν μένῃ*, quae lectio meliorem praebet oppositionem contra v. *φεύγειν*. Recepta tamen hac coniectura prius adverbium *ἐκεῖ* expungere malim.

Anab. I 9, 11.

καὶ εὐχὴν δέ τινες αὐτοῦ ἐξέφερον, ὡς εὔχοιτο τοσοῦτον χρόνον ζῆν, ἔστε νικῴη καὶ τοὺς εὖ καὶ τοὺς κακῶς ποιοῦντας ἀλεξόμενος.

Suspicor ante vel post *ἀλεξόμενος* excidisse *ἀντ' εὖ ποιῶν καὶ* vel *καὶ ἀντ' εὖ ποιῶν*.

Anab. II. 5, 39.

Ὦ κάκιστε ἀνθρώπων, sic Cleanor in Ariaeum ceterosque qui Graecos prodiderant invehitur, *οὐκ αἰσχύνεσθε οὔτε θεοὺς οὔτ' ἀνθρώπους, οἵτινες ὀμόσαντες ἡμῖν τοὺς αὐτοὺς φίλους καὶ ἐχθροὺς νομιεῖν, προδόντες ἡμᾶς σὺν Τισσαφέρνει τῷ ἀθεωτάτῳ τε καὶ πανουργοτάτῳ τούς τε ἄνδρας αὐτοὺς οἷς ὤμνυτε ἀπολωλέκατε καὶ τοὺς ἄλλους ἡμᾶς προδεδωκότες ξὺν τοῖς πολεμίοις ἐφ' ἡμᾶς ἔρχεσθε;*

Si quid video, illud *προδόντες ἡμᾶς* nihil est nisi varia lectio olim in margine adscripta ad *ἡμᾶς προδεδωκότες*, quam si relegaverimus unde male pedem intrusit, bene Xenophonti consultum erit.

Anab. III 3, 16.

ἀκούω δ' εἶναι ἐν τῷ στρατεύματι ἡμῶν Ῥοδίους, ὧν τοὺς πολλούς φασιν ἐπίστασθαι σφενδονᾶν, καὶ τὸ βέλος αὐτῶν καὶ διπλάσιον φέρεσθαι τῶν περσικῶν σφενδονῶν.

Interpolatori redde vocabulum *σφενδονῶν*. Si quid addere voluisset Xenophon, addidisset *βελῶν*.

Anab. V 7, 9.

πῶς ἂν οὖν ἐγὼ ἢ βιασαίμην ὑμᾶς σὺν ἐμοὶ πλεῖν μὴ βουλομένους ἢ ἐξαπατήσας ἀγάγοιμι; ποιῶ δ' ὑμᾶς ἐξαπατηθέντας καὶ καταγοητευθέντας ὑπ' ἐμοῦ ἥκειν εἰς Φᾶσιν κτέ.

Iure Cobetus vulgatam lectionem *καταγοητευθέντας* reduxit pro ea, quam cum Codd. C. B. A., probante Breitenbachio, Dindorfius recepit; est enim *καταγοητεύειν* *incantando efficere, ut aliquis aliquid faciat,* h. l. orationis illecebris Graecis persuadere, ut se sequantur, cf. Cyrop. VIII. 1, 40 *Κῦρος οὐ τούτῳ μόνῳ ἐνόμιζε χρῆναι τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων διαφέρειν τῷ βελτίονας αὐτῶν εἶναι, ἀλλὰ καὶ καταγοητεύειν ᾤετο χρῆναι αὐτούς.* Sed etiamsi vulgatam cum Cobeto revocaveris, ne sic quidem Xenophontis manum restitutam arbitror: suspicor enim praeterea delenda esse verba *ἐξαπατηθέντας καὶ* et Xenophontem dedisse *ποιῶ δ' ὑμᾶς καταγοητευθέντας ὑπ' ἐμοῦ κτέ.*, deinde grammaticum nescio quem adscripsisse *ἐξαπατηθέντας* et hinc *καταγοητευθέντας* mutatum esse in *καὶ γοητευθέντας*. Cf. Hesychium *καταγοητεύων· ἀπατῶν.* Serioribus, ut Dioni Chrysost. Vol. I p. 282 sq., talia coniungere licet, quippe quorum aequalibus verbum *γοητεύειν* ignotum erat, non vero eis, qui Graecia florente vivebant. Nemo enim ad vulgatam defendendam confugiet ad locos, qualis est Demosthenis (p. 373 fin.) *γοητευθέντα καὶ φενακισθέντα τῇ φιλανθρωπίᾳ.*

Verbum autem *καταγοητεύειν* multo rarius occurrit quam *γοητεύειν* [1]).

Anab. VII 6, 32.

εἰ δέ τι καλὸν πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ βαρβάρους ἐπέπρακτο ὑμῖν, οὐ καὶ ἐκεῖνο σῶν ἔχετε καὶ πρὸς ἐκείνοις νῦν ἄλλην εὔκλειαν προσειλήφατε καὶ τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ Θρᾷκας, ἐφ' οὓς ἐστρατεύσασθε, κρατήσαντες;

Opponuntur hoc loco *οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ βάρβαροι τοῖς ἐν τῇ Εὐρώπῃ βαρβάροις*, quapropter *Θρᾷκας* de interpolatione suspectum habeo; quamquam etiam in Asia Thraces habitare et a Xenophonte commemorari probe novi [2]).

Hellen. I 1, 26.

ναυπηγουμένων δὲ οἱ Συρακόσιοι ἅμα τοῖς Ἀντανδρίοις τοῦ τείχους τι ἐπετέλεσαν, καὶ ἐν τῇ φρουρᾷ ἤρεσαν πάντων μάλιστα. διὰ ταῦτα δὲ εὐεργεσία τε καὶ πολιτεία Συρακοσίοις ἐν Ἀντάνδρῳ ἐστί.

Cur Syracusanis Antandrii dedissent *πολιτείαν* (i. e. civitatem), quorum patria salva et incolumis erat? Civitas dari solebat iis, quorum patria exstincta erat, ut Ephesii dederunt Selinusiis, teste Xenophonte Hellen. I. 2, 10 *τοῖς δὲ Συρακοσίοις καὶ Σελινουσίοις κρατίστοις γενομένοις ἀριστεῖα ἔδοσαν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πολλοῖς καὶ οἰκεῖν ἀτέλειαν τῷ βουλομένῳ ἀεί. Σελινουσίοις δέ, ἐπεὶ ἡ πόλις ἀπωλώλει, καὶ πολιτείαν ἔδοσαν.*

Hinc pro *πολιτεία* legerim *ἀτέλεια*.

Hellen. I 1, 30.

ὧν γὰρ ἐγίγνωσκε τοὺς ἐπιεικεστάτους καὶ τριηράρχων καὶ

---

1) Glossema, ut saepe fit, magistellus petivit ex ipsis sequentibus *καὶ ἐγὼ μὲν ἔσομαι ὁ ἐξηπατηκὼς εἶς κτέ*. vH.

2) In fine huius paragraphi suspecta habeo verba supervacanea *ὡς ἀγαθῶν*, quae interpretem redolent. vH.

κυβερνητῶν καὶ ἐπιβατῶν ἑκάστης ἡμέρας τὸ πρωὶ καὶ πρὸς ἑσπέραν συναλίζων πρὸς τὴν σκηνὴν τὴν ἑαυτοῦ ἀνεξυνοῦτο ὅ τι ἤμελλεν ἢ λέγειν ἢ πράττειν κἀκείνους ἐδίδασκε κελεύων λέγειν τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ παραχρῆμα, τὰ δὲ βουλευσαμένους.

Dele καὶ τριηράρχων καὶ κυμβερνητῶν καὶ ἐπιβατῶν [1]).

Hellen. I 2, 3.

οἱ δὲ πελτασταὶ καὶ τῶν ὁπλιτῶν δύο λόχοι βοηθήσαντες πρὸς τοὺς αὑτῶν ψιλοὺς ἀπέκτειναν ἅπαντας τοὺς ἐκ Μιλήτου ἐκτὸς ὀλίγων καὶ ἀσπίδας ἔλαβον ὡς διακοσίας καὶ τρόπαιον ἔστησαν.

Dele πρὸς τοὺς αὑτῶν ψιλούς. Πρός enim significat *contra*; cf. § 9 οὗτοι δὲ πάντες πρῶτον μὲν πρὸς τοὺς ὁπλίτας τοὺς ἐν Κορησσῷ ἐβοήθησαν.

Hellen. I 2, 10.

Post victoriam de Atheniensibus reportatam anno 409 Ephesii τοῖς Συρακοσίοις καὶ Σελινουσίοις κρατίστοις γενομένοις ἀριστεῖα ἔδωκαν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πολλοῖς καὶ οἰκεῖν ἀτέλειαν ἔδοσαν τῷ βουλομένῳ ἀεί. Σελινουσίοις δέ, ἐπεὶ ἡ πόλις ἀπωλώλει, καὶ πολιτείαν ἔδοσαν.

Dele οἰκεῖν.

Hellen. I 3, 19.

διὰ ταῦτ' οὖν τοὺς πολεμίους ἔφη εἰσέσθαι, οὐκ ἀργυρίου ἕνεκα οὐδὲ διὰ τὸ μισεῖν Λακεδαιμονίους.

Pro εἰσέσθαι Cobetus legit εἰσφρέσθαι. Praeterea delendum est vocabulum ἔφη, quod fortasse natum est e verbo εἰσφρέσθαι.

---

1) Pro qua opinione facit etiam verborum ordo. vH.

Hellen. I 3, 20.

ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς παρεσκεύαστο, νυκτὸς ἀνοίξαντες τὰς πύλας τὰς ἐπὶ τὸ Θρᾴκιον καλούμενον εἰσήγαγον τὸ στράτευμα καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην.

Pro *καλούμενον* fortasse legendum *καλούμενον* <*Φερούσας*>.

Hellen. I 6, 7.

Καλλικρατίδας δὲ ἀχθεσθεὶς τῇ ἀναβολῇ καὶ ταῖς ἐπὶ τὰς θύρας φοιτήσεσιν, ὀργισθεὶς καὶ εἰπὼν ἀθλιωτάτους εἶναι τοὺς Ἕλληνας, ὅτι βαρβάρους κολακεύουσιν ἕνεκα ἀργυρίου, κτἑ.

ὀργισθείς mihi suspectum est.

Hellen. I 7, 8.

οἱ οὖν περὶ τὸν Θηραμένην παρεσκεύασαν ἀνθρώπους μέλανα ἱμάτια ἔχοντας καὶ ἐν χρῷ κεκαρμένους πολλοὺς ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ, ἵνα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἥκοιεν κτἑ.

Legendum fortasse *πολλοὺς ὡς ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ*. Cf. Thuc. II. 65, 11 *πολλὰ ὡς ἐν μεγάλῃ πόλει καὶ ἀρχὴν ἐχούσῃ ἡμαρτήθη.*

Hellen. II 1, 3.

ἀναλαβὼν δὲ μεθ' ἑαυτοῦ ἄνδρας πεντεκαίδεκα ἐγχειρίδια ἔχοντας ἐπορεύετο κατὰ τὴν πόλιν καὶ ἐντυχών τινι ὀφθαλμιῶντι ἀνθρώπῳ ἀπιόντι ἐξ ἰατρείου κάλαμον ἔχοντι ἀπέκτεινε.

Varia est lectio *ἀνθρώπῳ ὀφθαλμιῶντι.*

Dele *ἀνθρώπῳ*, huc illatum e paragrapho 4ta *διὰ τί ἀπέθανεν ὁ ἄνθρωπος.*

Hellen. II 3, 20.

(Οἱ τριάκοντα) πέμψαντες τοὺς φρουροὺς καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμογνώμονας αὐτοῖς τὰ ὅπλα πάντων πλὴν τῶν τρισχιλίων παρείλοντο καὶ ἀνακομίσαντες ταῦτα εἰς τὴν ἀκρόπολιν συνέθηκαν ἐν τῷ ναῷ.

Pro συνέθηκαν conicio Xenophontem scripsisse συνένησαν. Cf. Herod. I 34; Croesus somnio monitus filium Atyn vulnere cuspidis moriturum esse ἀκόντια καὶ δουράτια καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, τοῖσι χρέονται ἐς πόλεμον ἄνθρωποι, ἐκ τῶν ἀνδρεώνων ἐκκομίσας ἐς τοὺς θαλάμους συνένησε.

Hellen. II 3, 56.

οἱ δ' ἀπήγαγον τὸν ἄνδρα διὰ τῆς ἀγορᾶς μάλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ δηλοῦντα, οἷα ἔπασχε. λέγεται δ' ἓν ῥῆμα καὶ τοῦτο αὐτοῦ.

Sequitur autem non ἓν ῥῆμα, sed duo. Corruptum igitur est ἓν ῥῆμα. Xenophon, ni fallor, scripserat λέγεται δ' ἄρα καὶ τοῦτο αὐτοῦ. Littera ᾱ pro numerali habita est, et litterae ρα pro compendio ῥ = ῥῆμα.

Hellen. II 3, 56.

καὶ ἐπεί γε ἀποθνήσκειν ἀναγκαζόμενος τὸ κώνειον ἔπιε, τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτόν. Κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ.

Quid puerilius, quam illud ἀποθνήσκειν ἀναγκαζόμενος de reo condemnato? Romanorum imperatorum tempore ii, quibus generis mortis optio dabatur, dici poterant ἀναγκάζεσθαι ἀποθνήσκειν, de Theramene a Xenophonte dici non potuit. Quid multa? Xenophon mihi scripsisse videtur: ἐπεί γε ἀναγκαζόμενος τὸ κώνειον ἔπιε. Sciolus, qui nesciret ἀναγκαζόμενος hoc loco absolute poni et opponi adiectivo ἑκών, bellum illum infinitivum addidit [1]).

Hellen. II 4, 4.

Triginta viri διαπέμπουσιν εἰς τὰς ἐσχατιὰς ὅσον πεντεκαίδεκα

---

1) Si quid delendum, utrumque deleverim; non enim ἑκόντα hominem cicutam bibisse quisquam docendus erat, ut arbitror. vH.

στάδια ἀπὸ Φυλῆς τούς τε Λακωνικοὺς πλὴν ὀλίγων φρουροὺς καὶ τῶν ἱππέων δύο φυλάς.

Holwerda Hellen. II. 4, 10: οἱ δὲ τριάκοντα ἐπεὶ ᾔσθοντο ταῦτα εὐθὺς ἐβοήθουν σύν τε τοῖς ὁπλίταις post Λακωνικοῖς inserit φρουροῖς. Vide vero annon hic locus argumento esse possit eo quem tractamus loco delendum esse φρουρούς quod a Λακωνικούς non sane eleganter disiunctum est verbis πλὴν ὀλίγων. Accedit quod in Anab. VII 3, 8 Aristarchus simpliciter ὁ Λακωνικός appellatur et quod οἱ Λακωνικοί bis apud Aristophanem legitur, scil. Pac. 212 et Eccl. 356.

Hellen. II 4, 17.

In allocutione ad cives Thrasybulus eos praedicat felices, qui victores superstites futuri essent: εὐδαίμων δὲ καί, inquit, ἄν τις ἀποθάνῃ· μνημείου γὰρ οὐδεὶς οὕτω πλούσιος ὢν καλοῦ τεύξεται.

Koeppen coniecit οὐδεὶς οὐδὲ πλούσιος ὢν οὕτω καλοῦ τ., eodemque modo, omisso οὐδέ, legit Cobet. Equidem vocabula πλούσιος ὢν deleverim. Nemo enim, opinor monendus est non nisi divitibus licere magnifica monumenta sibi vel suis exstruere.

Hellen. II 4, 25.

πρὶν δὲ ἡμέρας δέκα γενέσθαι, πιστὰ δόντες, οἵτινες συμπολεμήσειαν, καὶ εἰ ξένοι εἶεν, ἰσοτέλειαν ἔσεσθαι, ἐξῄεσαν πολλοὶ μὲν ὁπλῖται, πολλοὶ δὲ γυμνῆτες·

Inter συμπολεμήσειαν et καί aliquid excidisse suspicor, v. c. τῶν πολιτῶν ἐπιτιμίαν. Duo enim genera erant eorum, qui Piraeum se conferebant, alterum civium in exilium eiectorum, alterum peregirnorum.

Hellen. II 4, 38.

Quindecim viri Sparta missi, ut inter *τοὺς ἐν Πειραιεῖ* et *τοὺς ἐξ ἄστεος* una cum rege Pausania pacem componerent *διήλλαξαν ἐφ' ᾧτε εἰρήνην μὲν ἔχειν πρὸς ἀλλήλους, ἀπιέναι δὲ ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἑκάστους πλὴν τῶν τριάκοντα καὶ τῶν ἕνδεκα καὶ τῶν ἐν τῷ Πειραιεῖ ἀρξάντων δέκα. εἰ δέ τινες φοβοῖντο τῶν ἐξ ἄστεος, ἔδοξεν αὐτοῖς Ἐλευσῖνα κατοικεῖν.*

In his duo me morantur: primum est *ἑκάστους*, pro quo non cum Dindorfio, qui codicum B C D H V scripturam sequitur, rescripserim *ἕκαστον* [1], sed *ἑκατέρους*, quoniam de duabus tantum factionibus sermo est. Alterum est *ἔδοξεν αὐτοῖς*, quod nullus dubito quin inficetum orationis fulcimen nescio cuius ludi magistri sit; interrumpit enim orationem, quam dicunt indirectam, quae pendet ab *ἐφ' ᾧτε*, neque, si quam maxime hoc loco aliquid requiratur unde *κατοικεῖν* pendeat, infelicior locutio inveniri posset quam *ἔδοξεν αὐτοῖς* i. e. *decreverunt*; expectes potius verbum, quod significet *permiserunt*, vel tale quid.

Hellen. III 1, 15.

Pharnabazus Midiae, qui occisa Mania matre et occupata eius tyrannide divitiisque Pharnabazi favorem muneribus conciliare sibi studebat, dona remisit, et *ἀπεκρίνατο φυλάττειν αὐτά, ἔστ' ἂν αὐτὸς ἐλθὼν σὺν αὐτῷ ἐκείνῳ λάβῃ τὰ δῶρα· οὐ γὰρ ἂν ἔφη ζῆν βούλεσθαι μὴ τιμωρήσας Μανίᾳ.* Magistellus adscripsit *τὰ δῶρα* [1]).

Holwerda in Annot. crit. p. 56, qui pro *τὰ δῶρα* corrigere volebat *τὰ δικαία* non intellexisse videtur Pharnabazum hoc loco minaciter iocari.

---

1) In Kelleri editione Lips. 1890, legitur *ἕκαστον*, nulla notata varietate. vH.
2) Pro *δῶρα* cod. C. habet *χρήματα*, quo confirmatur correctio. vH.

Hellen. III 1, 26.

ἐπειδὴ δὲ ἀπεγέγραπτο τὰ πατρῷα (Midiae) *Εἰπέ μοι, ἔφη, Μανία δὲ τίνος ἦν; οἱ δὲ πάντες εἶπον, ὅτι Φαρναβάζου. Οὐκοῦν καὶ τὰ ἐκείνης, ἔφη, Φαρναβάζου; Μάλιστα, ἔφασαν. Ἡμέτερ' ἂν εἴη, ἔφη, ἐπεὶ κρατοῦμεν· πολέμιος γὰρ ἡμῖν Φαρνάβαζος. ἀλλ' ἡγείσθω τις, ἔφη, ὅπου κεῖται τὰ Μανίας καὶ τὰ Φαρναβάζου.*

Frustra Cobetus delendo *τά* aptum sensum ex ultimis verbis extorquere conatus est, tria enim vocabula *καὶ τὰ Φαρναβάζου* delenda sunt.

Hellen. VI 1, 8.

In sermone, quem Polydamas Lacedaemone narrat Iasonem secum habuisse, ut ipsum et Pharsalios ad societatem secum faciendam alliceret, inter alia haec leguntur: *οὐκοῦν τοῦτο μὲν εὔδηλον ἡμῖν ὅτι Φαρσάλου προσγενομένης καὶ τῶν ἐξ ὑμῶν ἠρτημένων πόλεων εὐπετῶς ἂν ἐγὼ ταγὸς Θετταλῶν ἁπάντων κατασταίην.*

Nemo facile dixerit quid sibi velit *ἡμῖν*. Si quid addendum esset, potius expectares *σοι*, sed multo melius pronomen abest; Iason enim in genere loquitur. Quid multa? Scripsit Xenophon *τοῦτο μὲν εὔδηλον, ὅτι ἡμῖν Φαρσάκου κτέ.*, quibus transpositis lucramur pronomen, quo ad *προσγενομένης* aegre caremus.

Hellen. VI 1, 17.

ὁ μὲν (Πουλυδάμας) *ταῦτα εἶπεν. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τότε μὲν ἀνεβάλλοντο τὴν ἀπόκρισιν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ καὶ τῇ τρίτῃ λογισάγενοι — ἀπεκρίναντο, ὅτι ἐν τῷ παρόντι οὐκ ἂν δύναιντο ἱκανὴν αὐτῷ ἐκπέμψαι ἐπικουρίαν, ἀλλ' ἀπιόντα συντίθεσθαι αὐτὸν ἐκέλευον ὅπῃ δύναιτο ἄριστα τά τε ἑαυτοῦ καὶ τὰ τῆς πόλεως. κἀκεῖνος μέντοι ἐπαινέσας τὴν ἁπλότητα τῆς πόλεως ἀπῆλθε.*

Non laudavit, opinor, τὴν ἁπλότητα τῆς πόλεως, de qua iam sermo non est, sed τὴν ἁπλότητα τῆς ἀποκρίσεως, quod Xenophonti reddendum est. Corruptelae ausam dedit siglum quo representatur vocabulum ἀπόκρισις, quod a siglo vocabuli πόλις vix alia re differt, nisi α praeposita. Cf. Gardthausen Gr. Palaeographie p. 249.

Hell. VI 2, 33.

Iphicrates καταστρεψάμενος δὲ τὰς ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ πόλεις ἔπλευσεν εἰς Κέρκυραν. ἐκεῖ δὲ πρῶτον μὲν ἀκούσας, ὅτι προσπλέοιεν δέκα τριήρεις παρὰ Διονυσίου — κατέστησε τοὺς σκοπούς.

Quid secundo loco factum sit, in sequentibus non narratur; quapropter post μὲν quaedam intercidisse suspicor [1]).

Hellen. VI 3, 6.

λέγεται μὲν Τριπτόλεμος ὁ ἡμέτερος πρόγονος τὰ Δήμητρος καὶ Κόρης ἄρρητα ἱερὰ πρώτοις ξένοις δεῖξαι Ἡρακλεῖ τε τῷ ὑμετέρῳ ἀρχηγέτῃ καὶ Διοσκόροιν κτέ.

Corrige ξένων. Corruptelae ausam dedit, quod omnes libri habent πρῶτος, qua lectione recepta ξένων necessario abiit in ξένοις.

Hellen. VI 3, 8.

ἔτι δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον αὐτονομίᾳ, καθίστατε ἔνθα μὲν δεκαρχίας, ἔνθα δὲ τριακονταρχίας· καὶ τούτων τῶν ἀρχόντων ἐπιμελεῖσθε, οὐχ ὅπως νομίμως ἄρχωσιν, ἀλλ' ὅπως δύνωνται βίᾳ κατέχειν τὰς πόλεις.

Dele τῶν ἀρχόντων.

---

1) Breitenbach contendit verbis πρῶτον μὲν respondere vocabula ἐπεὶ δὲ in § 34. vH.

Hellen. VI 3, 13.

Callistratus, unus ex legatis Atheniensibus anno 371 Spartam missis ad pacem conciliandam, postquam docuit non tantum Athenienses sed etiam Lacedaemonios peccasse, et se spem fovere ambos populos *πεπαιδευμένους ὡς τὸ πλεονεκτεῖν ἀκερδές ἐστι — πάλιν μετρίους ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους φιλίᾳ ἔσεσθαι*, explicare aggreditur, cur Athenienses legatos de pace miserint. Primum refutat eos qui dicant Athenienses hoc fecisse, quod metuant ne Antalcidas *ἔλθῃ ἔχων παρὰ βασιλέως χρήματα*, deinde docet eos non magis hoc fecisse, quod ad angustias redacti essent. Tum sic pergit: *τί μήν ἐστιν; εὔδηλον, ὅτι [εἰ] τῶν συμμάχων τινὲς οὐκ ἀρεστὰ πράττουσιν ἡμῖν ἢ ὑμῖν ἀρεστά. ἴσως δὲ καὶ βουλοίμεθ' ἂν ὧν ἕνεκα περιεσώσατε ἡμᾶς ἃ ὀρθῶς ἔγνωμεν ὑμῖν ἐπιδεῖξαι. ἵνα δὲ καὶ τοῦ συμφόρου ἔτι ἐπιμνησθῶ, εἰσὶ μὲν δήπου κτέ.* Quibus ostendere conatur utrique civitati nihil perniciosius esse quam, ut aleatores, *εἰς τοιοῦτον ἀγῶνα καταστῆναι ὥστε ἢ πάντα λαβεῖν ἢ πάντ' ἀπολαβεῖν*, et nihil melius quam florentibus adhuc rebus *φίλους ἀλλήλοις γίγνεσθαι*. In his verba *εὔδηλον — ἀρεστά* iam a multis tentata sunt, sed frustra, ut Dindorfius bene observat,

Equidem lego: *τί μήν ἐστιν; εὔδηλον ὅτι τῶν συμμάχων τινὲς οὐκ ἀρεστὰ πράττουσιν ἡμῖν [ἢ ὑμῖν ἀρεστά]. ἴσως δὲ καὶ βουλοίμεθ' ἂν <ἀνθ'> ὧν [ἕνεκα] περιεσώσατε ἡμᾶς ἃ ὀρθῶς ἔγνωμεν ὑμῖν ἐπιδεῖξαι.*

Tum multa interciderunt, in quibus locutus est orator de sociis illis qui Atheniensibus *οὐκ ἀρεστὰ ἔπραττον*, post quae pergit: *ἵνα δὲ καὶ τοῦ συμφόρου ἔτι ἐπιμνησθῶ κτέ.* id est illud *ὀρθῶς γνωσθέν*, quod *ἐπιδείξοντας* legatos Athenienses misisse Callistratus dixerat.

Hellen. VI 4, 37.

Postquam narravit, qua ratione Alexander Pheraeorum

tyrannus, uxoris dolis et insidiis occisus sit, Xenophon recenset varias vulgi opiniones de causa, quae uxorem ad tantum facinus instigaverit, deinde sic pergit: *τὰ μὲν οὖν αἴτια τῆς ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῆς γυναικὸς οὕτω λέγεται· τῶν δὲ ταῦτα πραξάντων* (nempe Alexandri uxoris fratrum), *ἄχρι οὗ ὅδε ὁ λόγος ἐγράφετο, Τισίφονος — τὴν ἀρχὴν εἶχε.*

Si verba, non rem ipsam spectas, haec nihil aliud significare possunt, nisi: „Hae sunt causae, quibus uxor se incitatam esse dicit ad virum necandum." Quod absurdum foret. Sin autem, ut huic difficultati occurras, post *ἐπιβουλῆς* addas *τῆς*, ut verba *ὑπὸ τῆς γυναικός* cum *ἐπιβουλῆς* construantur, parum proficias: sic enim lector cogitare inducitur de alia quadam *ἐπιβουλῇ*, cui haec opponatur, quae ut ex superioribus patet nulla est, quapropter vocabula *ὑπὸ τῆς γυναικός* delenda esse censeo.

Hellen. VI 5, 7.

ἰδόντες δὲ τοῦτο (nempe Proxenum et Callibium, qui popularium partium erant, *ἐκφέροντας τὰ ὅπλα*) *οἱ περὶ τὸν Στάσιππον καὶ αὐτοὶ ἀνθωπλίσαντο καὶ ἀριθμῷ μὲν οὐκ ἐλάττους ἐγένοντο· ἐπεὶ μέντοι εἰς μάχην ὥρμησαν, τὸν μὲν Πρόξενον καὶ ἄλλους ὀλίγους μετ' αὐτοῦ ἀποκτείνουσι, τοὺς δ' ἄλλους τρεψάμενοι οὐκ ἐδίωκον.*

Nemo facile explicet illud *μέντοι* propter praecedens *οὐκ*[1]). Equidem legerim *καὶ ἀριθμῷ μὲν οὖν ἐλάττους ἐγένοντο* coll. Symp. 8, 9 et aliis locis.

Hellen. VI 5, 40.

εἰ δέ τινες φοβοῦνται, μὴ ἐὰν νῦν ἀναφύγωσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἔτι ποτὲ πράγματα παρέχωσιν ὑμῖν, ἐνθυμήθητε κτἑ.

---

1) Plerique critici negationem deleverunt. vH.

Non multis argumentis, opinor, opus est, ut omnibus persuadeam pro *ἀναφύγωσιν* legendum esse *ἀναψυχθῶσιν*. Cf. Hellen. VII 1, 20 *καὶ ταύτῃ μὲν ἀνεψύχθησαν οἱ τῶν Λακεδαιμονίων σύμμαχοι.*

ἀναφεύγειν propria significatione legitur Anab. VI. 4, 24.

ἀναφεύξοιτο Hellen. II. 3, 50 = *ἀποφεύξοιτο.*

ἀναψύχειν ναῦς Hellen. I. 5, 10.

Hellen. VII 2, 6.

Verba *τοὺς ἑπομένους*, ni fallor, sunt delenda, ut explicatio praecedentis vocabuli. Errant enim qui explicant „praecedere", ut patebit inspicienti ipsum Lucianum de Merc. Cond. 25: *καλὸν αὐτῷ δοκεῖ ἀναμεμίχθαι καὶ τοιοῦτόν τινα τοῖς προϊοῦσι καὶ προπομπεύουσιν αὐτοῦ*, quorum ultimum vocabulum corruptum est ex *αὐτόν*.

---

1) Procul dubio praestat. vH.

Adversus Indoct. 1.

In conclusione *ἐπεὶ τοῦ ἀκριβοῦς ἢ τοῦ ἀσφαλοῦς ἐν αὐτοῖς τίς ἢ ποία διάγνωσις;* legerim *ἔπειτα.*

Adversus indoct. 3.

τί οὖν; φὴς καὶ ταῦτα μὴ μαθὼν ἡμῖν εἰδέναι; πόθεν, εἰ μή ποτε παρὰ τῶν Μουσῶν κλῶνα δάφνης καθάπερ ὁ ποιμὴν ἐκεῖνος λαβών; Ἑλικῶνα μὲν γάρ, ἵνα διατρίβειν αἱ θεαὶ λέγονται, λέγονται, οὐδὲ ἀκήκοας οἶμαί ποτε οὐδὲ τοιαύτας διατριβὰς ἡμῖν ἐν παισὶν ἐποιοῦ· σοὶ καὶ μεμνῆσθαι Μουσῶν ἀνόσιον.

Pro *αἱ θεαί* legendum fortasse *αἱ θ' θεαί.*

Adversus Indoct. 3.

Locutus de Hesiodo, cui Musae lauri ramum dederint, Lucianus sic pergit: *ἐκεῖναι γὰρ ποιμένι μὲν οὐκ ἂν ὤκνησαν σκληρῷ ἀνδρὶ καὶ δασεῖ καὶ πολὺν τὸν ἥλιον ἐπὶ τῷ σώματι ἐμφαίνοντι, οἵῳ δὲ σοὶ — οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι ποτ' ἂν εὖ οἶδ' ὅτι κατηξίωσαν.*

In priore parte sententiae Lucianus loquitur de re, quam re vera factam esse vulgo tum credebant; igitur particulae *ἄν* locus non est. Scripserat, ut opinor, Lucianus *ἀπώκνησαν*, quod librari mutasse videntur propter *ἄν* in posteriore sententiae parte [1]).

Adversus Indoct. 16.

τίνα γὰρ ἐλπίδα καὶ αὐτὸς ἔχων ἐς τὰ βιβλία καὶ ἀνατυλίττεις ἀεὶ καὶ διακολλᾷς κτέ.

Pro *ἐς* fortasse legendum *σύ.*

Adversus Indoct. 27.

πότε δὲ ἀναγιγνώσκεις; μεθ' ἡμέραν; ἀλλ' οὐδεὶς ἑώρακε τοῦτο

---

1) Ipse olim tantum ἂν delebam. vH.

ποιοῦντα. ἀλλὰ νύκτωρ; πότερον ἐπιτεταμένος ἤδη ἐκείνοισὶ πρὸ τῶν λόγων; ἀλλὰ πρὸ σκότους; μηκέτι τολμήσῃς τοιοῦτο μηδέν.

In prioribus addendum cum Herwerdeno *σε*, cetera misere corrupta sunt.

Calumn. non tem. cred. 9.

ἀλλ' ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ τοῦ π ο λ έ μ ο υ διαφθείρεσθαι.

Lege *π ο λ ε μ ί ο υ.*

Pseudolog. 7.

ὁ δὲ — ἀνεκάγχασε μάλα ἡδὺ ὁ ποιητὴς οὗτος ὁ ἐμός· ὁ δὲ εἶδεν ἐπιστραφείς.

Lege *ἀνεκάγχασε μάλα ἡδύ· ὁ δὲ ποιητὴς οὗτος ὁ ἐμὸς* [*ὁ δὲ*] *εἶδεν ἐπιστραφείς.*

Pseudolog. 12.

ἰδού, μεμάθηκας ἤδη ὁδοῦ πάρεργον, τί βούλεται αὐτοῖς ἡ ἀποφρὰς ἡμέρα· ὅταν μήτε αἱ ἀρχαὶ χρηματίζωσι μήτε εἰσαγώγιμοι αἱ δίκαι ὦσι μήτε τὰ ἱερὰ ἱερουργῆται μήθ' ὅλως τι τῶν αἰσίων τελῆται, αὕτη ἀποφρὰς ἡμέρα.

Lege *ἰδού, μεμάθηκας ἤδη ὁδοῦ πάρεργον ὅ τ ι βούλεται αὐτοῖς ἡ ἀποφρὰς ἡμέρα, ὅταν μήτε αἱ ἀρχαὶ χρηματίζωσι μήτε εἰσαγώγιμοι αἱ δίκαι ὦσι μήτε τὰ ἱερὰ ἱερουργῆται μήθ' ὅλως τι τῶν αἰσίων τελῆται* [*αὕτη ἀποφρὰς ἡμέρα*].

Epigramm. 43 (Iacob.).

θᾶττον ἔ η ν λευκοὺς κόρακας πτηνάς τε χελώνας
εὑρεῖν ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην.

Corrige *θᾶττον ἄ ρ' ἦν.*

CAPUT NONUM.

AD GRAMMATICOS.

Schol. Hom. Il. I 137.

καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ τὰ ὀνόματα ἀπὸ τοῦ ἑτοίμου λαμβάνει, Τερπιάδην τὸν Φήμιον ἀπὸ τοῦ τέρπειν τὸν κιθαρῳδόν.

Pro *τοῦ ἑτοίμου* legendum fortasse *τοῦ ἐτύμου*.

Schol. Hom. Il. VII 41.

ἀγασσάμενοι· Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ο̄ ἀγασσόμενοι.

Nonne Aristarchus scripsit *ἀγαιόμενοι*? Conf. Od. *υ* 16 *ὥς ῥα τοῦ ἔνδον ὑλάκτει ἀγαιομένου κακὰ ἔργα* et *β* 67 *μή τι μεταστρέψωσιν ἀγασσάμενοι κακὰ ἔργα.*

Schol. Hom. Il. XIV 200.

Ἀριστοφάνης Δαναΐσι „Δακτύλιον χαλκοῦν φέρων ἀπείρονα", ἔφη, ἔστι δὲ ὁ ἀπείρων δακτύλιος καὶ ὁ κρίκος ὁ ἀσυγκόλλητος καὶ πέρας μὴ δεικνὺς ἀρχήν τε καὶ τέλος, οἱ γὰρ σφενδόνας ἔχοντες. κτἑ.

Deleverim quattuor ultima vocabula.

Schol. ad Soph. O. C. 1375.

ὁ δὲ μικροψύχως καὶ τελέως ἀγενῶς ὅμως γοῦν ἀρὰς ἔθετο κατ' αὐτῶν δόξας κατολιγωρεῖσθαι.

Pro ὅμως γοῦν lege ὠμὰς γοῦν.

Schol. ad Eur. Med. 584.

εὐσχήμων γένῃ· ἀντὶ τοῦ συσχηματίζων τοὺς λόγους πρὸς τὸ συναρπάζειν ἐμέ, τουτέστι κόσμιος ἐν τῷ λέγειν.

Pro συσχηματίζων legendum fortasse εὖ σχηματίζων.

Schol. ad Ar. Eccl. 681.

κληρωτήρια· τὰς κληρωτὰς ἀρχάς.

Lege τὰ κληρωτικὰ ἀγγεῖα.

Suidas habet κληρωτικάς.

Schol. ad Ar. Lys. 135.

οὐδὲν γὰρ οἷον· ἀντὶ τοῦ κωλῦον, οὕτως Ἀττικοί.

Pro κωλῦον fortasse legendum κάλλιον.

Schol ad Ar. Ran. 87.

ὁ Ξανθίας δὲ ὑπομνησθεὶς τῆς Πυθαγγέλου φωνῆς φησὶν ὅτι οὐ φροντίζετέ μου Πυθαγγέλου καὶ ταῦτα μνημονεύοντες.

Transpone καὶ ταῦτα Πυθαγγέλου μνημονεύοντες [1]).

Poll. Onom. I 248.

οἶνος γλυκύς, ἡδύς, ἐπαγωγός, πότιμος, ἀνθοσμίας· ὁ δὲ ἄλλος δευτερίας, ἐξεστηκώς, τροπίας, ἐκτροπίας, ὀξίνης.

---

1) Dubito. Saepius enim formula καὶ ταῦτα, idque, vel apud optimos scriptores postposita reperitur. vH.

Pro *ἄλλος* lege *Φαῦλος*, conf. VII 17 *ὁ δὲ Φαῦλος οἶνος δευτερίας, ἐξεστηκώς, ἐντροπίας, ὀξίνης, ὀξώδης.*

Poll. Onom. VIII 104.

ληξίαρχοι ἓξ καθίστχντο τῶν πολιτῶν ἐγγεγραμμένων ἐν λευκώματι καὶ τριάκοντα ἀνδρῶν αὐτοῖς προσαιρεθέντων τοὺς μὴ ἐκκλησιάζοντας ἐζημίουν.

Vocabula *τῶν — λευκώματι* post *προσαιρεθέντων* transponenda sunt.

Phot. s. v. *κλαρῶται.*

κλαρῶται· μέτοικοι, ὡς Μαριανδυνοὶ ἐν Ἡρακλείᾳ καὶ Εἵλωτες ἐν Λακεδαίμονι καὶ ἐν Θετταλίᾳ Πενέσται καὶ Κιλλικύριοι ἐν Συρακούσαις.

Nomen *κλαρῶται* et res ipsa argumento sunt *κλαρώτας* non fuisse *μετοίκους*, sed *περιοίκους*. Ipsi autem Photio error tribuendus esse videtur. Conf. Arist. Polit. II 7, 3 *γεωργοῦσι τε γὰρ τοῖς* (Spartanis) *μὲν εἵλωτες, τοῖς δὲ Κρησὶν οἱ περίοικοι.*

Etym. magn. p. 251, 40.

Δαιταλεῦσι, δαιτυμόσι, θιασώταις ἢ συμπόταις, καὶ συνδαιταλεῖς ἤγουν εὐωχηταί. Δαιταλεὺς ὁ ἐπὶ τὰ δεῖπνα πορευόμενος.

Lege *συνευωχηταί*, quod vocabulum reperies in Scholio ad Homeri Il. XVII 577.

Etym. magn. p. 713, 29.

οἱ μὲν Ἀττικοὶ λέγουσι σιναμωρεῖν τὸ λιχνεύειν· καὶ Φερεκράτης τὰ τοιαῦτα κλέμματα σιναμωρεύματα καλεῖ.

Fortasse in *τοιαῦτα* latet *μοιχικά* vel simile quid; *σινάμωρος* Attice significat et *λίχνον* et lascivum. Conf. Ar. Nub.

1070 γυνὴ σιναμωρουμένη χαίρει, ubi σιναμωρουμένη idem fere est quod βινουμένη.

Athen. IV 622 B.

οἱ δὲ ἰθύφαλλοι φησὶ (sc. Semus) καλούμενοι προσωπεῖον μεθυόντων ἔχουσι καὶ ἐστεφάνωνται χειρῖδας ἀνθινὰς ἔχοντες.

Pro καὶ ἐστεφάνωνται suspicor auctorem dedisse καὶ ἴοις ἐστεφάνωνται, quae coronae paullo post sub litt. C. memorantur.

Herodian. p. 450 (ed. Pierson).

ἀπανθρακίσαι· τὸ ἐπὶ τῶν ἀνθράκων, ὅπερ οἱ Δωριεῖς ἐκπυρίσαι λέγουσιν.

Excidit ὀπτᾶν inter τό et ἐπὶ τῶν.

Ister apud Suid. s. v. περιστίαρχος.

Ἴστρος δὲ ἐν τοῖς Ἀττικοῖς „περίστια", φησί, „προσαγορεύεται τὰ καθάρσια, καὶ οἱ τὰ ἱερὰ καθαίροντες περιστίαρχοι."

Dele τὰ ἱερά.

Anecdota Bekkeri p. 190, 26.

κληρωταὶ ἀρχαὶ πρακτόρων, ἐκλογέων καὶ ἀντιγραφή.

Lege ἀντιγραφέων. Conf. Poll. VIII 98 ἀντιγραφεὺς πρότερον αἱρετός, αὖθις δὲ κληρωτός.

Anecdota Bekkeri p. 350, 0.

ἄθρους· ἢ ἀφ' ὧν συνηγμένους ὁμοῦ ἢ ἀθρόως λέγεται δὲ καὶ ἄθρους καὶ ἀθρόους.

Doctissimus van Dam, qui anno 1873 observationes in haec lexica (Segueriana) edidit, ad hunc locum annotat:

„Suidas et Zonaras pro ἢ ἀφ' ὧν habent εἰς ἅπαν. Bekkerus in Suida correxit εἰς ἓν ἅπαντας, quod et hoc loco legendum videtur." Cave faxis, nam funditus vestigia deleveris, e quibus iam nullo negotio vera lectio restitui potest. Scripsit enim grammaticus: Ἄθρους· ἢ ἀφώνους, ἢ συνηγμένους ὁμοῦ κτἑ. Fidem faciet Hesychius, qui ad ἄθροος annotat ἄφωνος, ἄψοφος.

SECTIO ALTERA

CONIECTURAE IN SCRIPTORES LATINOS

CAPUT PRIMUM.

AD TERENTIUM.

Andria IV, 1. 26 (vs. 650).

CHARINUS. habeas.
PAMPHILUS. habeam? ah nescis quantis in malis vorser miser,
quantasque hic consiliis mihi *conflavit* sollicitudines.

Lege *conflarit*, non quod nesciam Terentium saepe in oratione indirecta uti indicativo, sed propter *vorser*.

Eunuch. II, 2. 36 (266).

Sed Parmenonem ante ostium *Thaidis* tristem video.

Pro *Thaidis*, quod corruptum esse omnes consentiunt, alii aliud legunt. Mihi venit in mentem: *hic astare* [1]).

Eunuch. II, 3. 66 (357).

Chaereas mirabundus, quod frater Thaidi eunuchum senem dono offerat, exclamat:

Illumne obsecro
ínhonestum hominem, quém mercatus ést heri, senem múlierem.

---

1) Si recte, *Thaidis* potius glossema quam corruptela natum videtur. Donatus: Thaidis] et „Thais" legitur. vH.

Bentleius reprehendit Faernum, existimantem *heri* ultimam corripere, docens *senem* pronunciandum esse *snem*: quod quo iure statuat nescio. Illud, ni fallor, vere docet *i* in *heri* produci, provocans ad Terentium Eun. I, 2. 89 (160): „heri minas viginti pro ambobus dedi." Quaerendum tamen nonne Terentius, (quemadmodum Plautus, Mil. Glor. 1. 1. 59 (59 R.) Pers. 1. 3. 28 (109 R.) Amph. 1. 1. 150, quibus locis tamen, fortasse ultimo excepto, metrum *here* non postulat), forma *here* usus sit, ultima correpta. Apud eum nullus locus reperitur praeter eum, quem citavit Bentleius, ubi requiratur *herī*, et hic versus an genuinus sit, subdubito: nam non erat ex re Phaedriae nominare summam, quae sine dubio parva erat ad eam quam miles dederat pro pulchra illa virgine. Accedit quod summa illa non quadrat. Parmeno enim narrat seni, Phaedriam dedisse pro eunucho viginti minas, cui summae si addas quod dedit pro ancilla illa nigra, plus viginti minas effici necesse est, quam summam non reticuisset hoc loco Phaedrias: immo potius maius pretium se pro ambobus dedisse finxisset. Hae caussae sunt, quare versiculum illum pro insititio habeam; quo eiecto, oratio nihilo secius procedet: nam ut supra post *quaesivi* nihil additur, sic ne post *repperi* quidem quidquam desideramus. Praeter hunc locum duo alii occurrunt, ubi dicas requiri *here*, nempe Hec. III. 5. 16

„Héri Philumenam ád se adcersi hic iússit: dic iussísse te"

et Hec. III. 1. 49.

„Heri némo voluit Sóstratam intro admíttere"

sed, quum *heri* his locis legatur initio versus, nihil hinc de scriptione vel de metro confici potest. Sin autem *here* Terentianum est, pro *senem mulierem*, quod ne Bentleii quidem annotatione lecta concoquo, suspicor legendum esse:

inhonestum hominem, quem mercatus est here *semi*-mulierem.

Quod fluxisse potest ex Menandri fabula, qui fortasse ἡμιγύναικα dixit ad exemplum Simonidis, cui tribuitur in Anthol. VI. 217 (cfr. 191 Bgk.) epigramma in Gallum quemdam, quem poeta appellat ἡμιγύναικα λάτριν. Non tacendum vero est, hoc epigramma a Bergkio, merito ut videtur, inter dubia recenseri.

Heautontimor. I. 1. 96 vs. 148.

Menedemus Chremi exposuit, se paenitentia ductum, quod unicum filium sua severitate coegisset paternam domum relinquere, iam constituisse se opere faciundo cruciare. Nam, ait,

decrevi tantisper me minus iniuriae,
Chremes, meo gnato facere, dum *fiam* miser.

Quid, num *fieri* miser vult, ut peccatum redimat? Non opinor: *esse* miser vult, adeoque non dixit *dum fiam miser,* sed *dum siem miser.*

Heautontimor. I. 2. 21 (195).

CH. Quid narrat? CL. quid ille? miserum se esse. CH. miserum? quem minus crederes?
quid relicuist quin habeat, quae quidem in homine dicuntur bona?
Parentis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, ditias;
atque haec perinde sunt, ut illiust animus qui ea possidet:
qui uti scit, ei bona: illi, qui non utitur recte, mala.

Pro *atque* suspicor legendum *atqui.* Chremes enim se corrigit.

Heautontimor. IV. 5. 50 (798).

CH. Haud faciam. SY. Immo aliis si licet, tibi non licet:
omnes te in lauta esse et bene aucta re putant.

Pro *aucta* codd. habent *acta*, pro quo non minus recte substitueris *uncta*. Cf. Catull. XXIX. 22 Quid hunc malum fovetis? aut quid hic potest Nisi uncta devorare patrimonia?

Hecyra V, 2. 11 (777).

LACHES. Phidippe, *nostras* mulieres suspectas fuisse falso
nobis in re ipsa invenimus: porro hanc nunc experiamur.

Lege: *ne istas*. Cf. Heautontim. II. 1. 5 (217).

Adelphi III, 3. 57 (411).

DE. Salvos sit: spero, est similis maiorum suom. SYR. hui.

Mutata interpunctione legendum: *salvos sit spero; est s.*
Cf. Adelph. 298 (III. 1. 11):

SOST. Ita pol est ut dicis: salvos nobis deos quaeso ut siet.

Adelphi IV, 1. 1 (517).

CTES. Ain patrem hinc abisse rus? SY. iam dudum. CT. dic sodes. SY. apud villamst.
nunc quom maxume operis aliquid facere credo.

Ctesipho mihi videtur impatiens Syri verba interrumpere; scripserim adeo: *iam dudum* .....

— — — —

CAPUT SECUNDUM.

AD CICERONEM.

Pro Sexto Roscio § 142.

Si id actum est, fateor me errasse, qui *hoc* maluerim: fateor insanisse, qui cum illis senserim, tametsi inermis, iudices, sensi.

Lege *haec*. Cf. § 138 „etenim qui *haec* vituperare volunt, „Chrysogonum tantum posse queruntur."

In Q. Caecilium § 5.

Defendo enim multos mortales, multas civitates, provinciam *Siciliam* totam.

Dele *Siciliam*.

In Verrem. Act. Lib. II. c. 1 § 3.

Praedicata fide et benevolentia Siciliae erga populum Romanum, orator sic pergit: „Itaque maioribus nostris in Africam ex hac provincia gradus imperii factus est. Neque enim „tam facile opes Karthaginis tantae concidissent, nisi illud „et rei frumentariae subsidium et receptaculum classibus „nostris pateret."

Dele *in Africam*.

In Verrem. Lib. V § 13.

Hoc vero novum et eiusmodi est, ut magis propter reum quam propter rem ipsam credibile videatur, ut homines servos, ut ipse qui iudicarat, ut statim e medio supplicio dimiserit, ut eius facinoris damnatos *servos*, quod ad omnium liberorum caput et sanguinem pertineret.

Dele *servos*.

De Imperio Cn. Pompeii § 61.

Quid tam novum quam adulescentulum *privatum* exercitum difficili rei publicae tempore conficere?

Suspectum est *privatum*.

Pro Murena § 26.

Praetor interea ne pulcrum se ac beatum putaret, *atque* aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est.

Pro *atque* legerim *qui* [1]).

Pro Murena § 32.

Neque vero cum P. Africano senatus egisset, ut legatus fratri proficisceretur, cum ipse paullo ante Hannibale ex Italia expulso, ex Africa eiecto, Carthagine oppressa, maximis periculis rempublicam liberasset, nisi illud grave bellum et vehemens putaretur.

Lege ex Italia expulso *et* [Africa] eiecto. Cf. § 34 et pro Sestio § 142.

Pro Murena § 34.

Hunc tu hostem, Cato, contemnis, quocum per tot annos,

1) Num *ut qui*? v. d. *Vl.*

tot proeliis imperatores bella gesserunt? cuius expulsi et eiecti vita tanti existimata est, ut morte eius nuntiata denique bellum confectum arbitraretur.

Post *tanti*, ut sententia constet, Kayser addidit *a Pompeio.* Veri similius videtur propter litterarum similitudinem ante litteras *a tanti* excidisse verba *a tanto viro.*

Pro Murena § 36.

Nam ut tempestates saepe certo aliquo caeli signo commoventur, saepe improviso nulla ex certa ratione obscura aliqua ex causa concitantur, sic in hac comitiorum tempestate populari saepe intelligas, quo signo commota sit, saepe ita obscura est, ut casu excitata esse videatur.

Non, ut Lambinus existimat, excidit *causa* post *obscura*, sed *res* vel *ratio.*

Pro Murena § 49.

Catilinam interea alacrem atque laetum (videbant), stipatum choro iuventutis, vallatum indicibus atque sicariis, inflatum cum spe *militum*, tum collegae mei, quemadmodum dicebat ipse, promissis.

Censeo *militum*, crucem interpretum, delendum esse.

Pro Murena § 49 fin.

(Catilina) Murenam contemnebat, Sulpicium accusatorem suum numerabat, non competitorem; *ei* vim denuntiabat, reipublicae minabatur.

Pro *ei* legendum est *mihi.*

Pro Murena § 72.

Haec homines tenuiores *nondum qui ea* suis tribulibus vetere instituto adsequi .....

Coniicio: *commoda, quae a* suis cet. Cf. § 73 fin.

Pro Murena § 76.

Cur enim quemquam, ut studeat tibi, ut te adiuvet, rogas.
Suspecta sunt verba *ut te adiuvet.*

Pro Murena § 78.

Latius patet illius sceleris contagio, quam quisquam putat, *ad plures pertinet.* Intus, intus, inquam, est equus Troianus, cet.

Dele annotatiunculam *ad plures pertinet.*

Pro Murena § 85.

Illa pestis immanis, importuna Catilinae prorumpet, qua populo Romano minatur.

Ultima verba non satis integra ad nos pervenisse videntur: in prioribus vero dele *Catilinae*, frustra enim Halmius tentavit *immanis*, *manus importuna.*

Pro Murena § 86.

Deinde ego idem vos defensoris et amici officio adductus oro atque obsecro, iudices, ut ne hominis miseri et cum corporis morbo, tum animi dolore confecti, *L. Murenae*, recentem gratulationem nova lamentatione obruatis.

Deleverim nomen proprium.

Pro Q. Ligario. Cap. I § 3.

Bellum (nempe civile) subito exarsit, quod qui erant in Africa ante audierunt geri quam parari. Quo audito partim cupiditate inconsiderata, partim caeco quodam timore, primo salutis, post etiam studii sui quaerebant ducem, cum Ligarius domum spectans, *ad suos redire cupiens*, nullo se implicari negotio passus est.

Verbis *ad suos redire cupiens* nescio quis explicavit verba *domum spectans.*

Cato Maior § 10.

Cumque eo quartum consule adulescentulus miles ad Capuam profectus sum, quintoque anno post ad Tarentum. Quaestor deinde *cet.*

Deleverim *miles* [1]).

Asconius. Praefat. or. p. Mil. § 7.

Perlatum est corpus Clodii ante primam noctis horam infimaeque plebis et servorum maxima multitudo magno luctu *corpus* in atrio domus positum circumstetit.

Dele *corpus.*

---

1) Fortasse recte. Dubito tamen propter oppositionem verbi *quaestoris. v.d.Vl.*

CAPUT TERTIUM.

AD CATULLUM.

Carm. XIV, 12.

Di magni, horribilem et sacrum libellum,
quem tu scilicet ad tuum Catullum
misti, continuo ut *die* periret,
Saturnalibus, optimo dierum.

Legendum suspicor „ut *miser* periret,".

Carm. XXVIIII, 20.

Timentne Galliae hunc, timent Britanniae?

Legerim:

Nunc Galliae timete, nunc Britanniae.

Carm. LXI extr.

Claudite ostia, virgines:
lusimus satis, at, bonei
coniuges, *bene vitei et*
munere adsiduo valentem
exercete iuventam.

Cod. L *bonae vitae*, omisso *et*, Paris. et Laurent. *bonae vitae*

et, Itali *bene vivite et* (sic vulgo). Ego conicio: *Veneris bonae.* Cf. LXI, 198 et 44.

Carm. LXVIII, 1.

Quod mihi fortuna casuque oppressus acerbo
conscriptum *hoc* lacrimis mittis epistolium,
— id gratumst mihi cet.

Lege: *huc.* Cf. vs. 36.

CAPUT QUARTUM.

AD NEPOTEM.

Vit. Eumenis cap. V.

Hic qui deseruerant, exercitu suffragium ferente, capitis absentes damnantur: in his Eumenes.

Legendum: *Hunc* qui deseruerant.

Vit. Eumenis cap. XII.

De hoc Antigonus quum solus constituere non auderet, ad consilium *rettulit.*

Corrigendum: ad consilium *rem rettulit.*

Vit. Epaminondae cap. VI § 4.

Sed maxime eius eluxit Spartae *legati* ante pugnam Leuctricam.

Deleatur glossema *legati.*

CAPUT QUINTUM.

AD SALLUSTIUM.

Catilin. 36.

Namque duobus senati decretis ex tanta multitudine neque praemio inductus coniunctionem patefecerat neque ex castris Catilinae quisquam *omnium* discesserat: tanta vis morbi uti tabes plerosque civium animos invaserat.

Pro *omnium* legendum censeo *omnino.*

Catil. 50.

Tum D. Iunius Silanus, primus sententiam rogatus ..... supplicium sumundum decreverat; isque postea permotus oratione C. Caesaris pedibus in sententiam Ti. Neronis iturum se dixerat, quod de ea re praesidiis additis *referundum* censuerat.

Excidit *iterum* ante *referundum.*

Catil. 54.

(Caesar) sibi magnum imperium, *exercitum*, bellum novum exoptabat, ubi virtus enitescere posset.

Deleverim *exercitum.*

Iugurtha 3.

Quoniam neque virtuti honos datur, neque illi, quibus per fraudem *ius* fuit, tuti; aut eo magis honesti sunt.

Lege: *datus* (aut *partus*) fuit, <utique> tuti cett.

Cf. Cic. ad Fam. X 10. Is enim honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita claris viris defertur et *datur*. Idem pro Sulla 17. Afflicto Sulla consulatus vobis *parietur*, sicut *partus est*. Horat. Sat. I 6, 15. populus stultus honores saepe *dat* indignis [1]).

Iugurtha 4.

Supple: Nam saepe ego audivi Q. Maxumum, P. Scipionem, *multos* praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere cet.

Cf. Cat. 22. Nonnulli ficta et haec et multa praeterea existumabant.

Cat. 47. P. Autronium, Ser. Sullam, L. Vargunteium, multos praeterea in ea coniuratione esse.

Cat. 40. Nominat socios, praeterea multos cuiusque generis innoxios.

Possis tamen non minus bene supplere *alios*.

Cf. Iug. 60. Lapides, ignem, alia praeterea tela ingerunt.

Iug. 84. Dictitare sese consulatum ex victis illis spolia cepisse, alia praeterea pro se magnifica, illis dolentia.

Iugurtha 5.

Capto Syphace, cuius in Africa magnum atque late imperium valuit.

Post *magnum* excidit *nomen*.

Cf. Cat. c. 53 init. „Cato clarus *atque* magnus habetur".

---

1) Praetulerim *partus*. Cf. Iug. 10 et 68. *v.d.Vl.*

Iug. 1. 5. Post magnitudinem nominis Romam.
Cicero, Brut. 67. Huius magnum nomen in patronis fuit.

Iugurtha 40.

Hinc rogationi (Manilii) partim conscii sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant ..... occulte ..... impedimenta parebant.

Partium, quod explicationem non admittit, mihi videtur ortum esse ex *partim,* quod nescioquis in margine adscripserit ad vocabulum *alii.*

Iugurtha 63.

Ergo ubi primum (Marius) tribunatum militarem a populo petit plerisque faciem eius ignorantibus, facile notus per omnis tribus declaratur.

Ante *facile* excidit *factis*, quod pro *facile* Palmerius legendum censuerat. Vel potius *fama*, ut Iug. 84: „praeterea ex „Latio fortissimum quemque plerosque militiae, paucos fama „cognitos accire".

Iugurtha 82 fin.

Nobis satis cognitum est illum magis honore Mari quam iniuria sua excruciatum, neque tam anxie laturum fuisse, si adempta provincia alii quam Mario traderetur.

Post *si* excidit $\overset{i}{s}$, i. e. sibi.

CAPUT SEXTUM.

AD VERGILIUM.

Georgic. II, 41.

Tuque ades inceptumque una decurre laborem,
o decus, o famae merito pars maxima nostrae,
Maecenas, pelagoque *volans da* vela patenti,
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto,
non, mihi si linguae centum sint oraque centum,
ferrea vox: ades et primi lege litoris oram.

Frustra Peerlkampius versus transponendo locum sanare conatus est, frustra alii, in quibus Ernestus von Leutsch, vulgatam lectionem defendunt. Locus, in integrum restitutus erit, si mecum reposueris:

Maecenas, pelagoque v*et*ans da*re* vela patenti,

in qua lectione *dare* est ex coniectura Peerlkampii. Cf. Mnemos. X p. 138 et Philol. Anzeig. III p. 121.

Aeneïd. II, 86.

Illi me comitem et consanguinitate propinquum
pauper in arma pater *primis* huc misit ab *annis*.
Dum stabat regno incolumis regumque vigebat

conciliis, et nos aliquod nomenque decusque
gessimus.

Non verisimile est patrem Sinonis, propinquum regis Palamedis pauperem fuisse: quod vero aliud vocabulum pro *pauper* commendem non habeo. Non magis possum emendare *primis*, in quo latet adiectivum, fortasse *ἐθνικόν*, pertinens ad *arvis*, quod legendum suspicor pro *annis*.

Pauper si potest admitti, non male scripseris: *parvis huc misit ab arvis.*

Aeneid. IX, 237.

locum insidiis conspeximus ipsi,
qui patet in bivio portae, quae proxima ponto.

Requiro: *qua* patet, cet.

CAPUT SEPTIMUM.

AD HORATIUM.

Carm. 1, 6 init.

Scriberis Vario fortis et hostium
victor, Maeonii carminis aliti,
quam rem cunque ferox navibus aut equis
  miles te duce gesserit.
Nos, Agrippa, neque haec dicere nec gravem
Pelidae stomachum .....
conamur.

Punctum maius ponendum post *aliti*, et quae sequuntur verba coniungenda cum strophe sequenti.

Carm. III, 4, 76.

nec peredit
Inpositam *celer* ignis Aetnam.

Pro *celer* lege *Enceladi*.

Epod. 1, 19.

Ut assidens implumibus pullis avis
  serpentium allapsus timet
magis relictis.

Volunt *assidens* significare „quo tempore pullos implumes fovet" quod fieri nequit; equidem vocabulum corruptum existimo [1]).

Sat. I, 1, 32.

sicut
parvula (nam exemplo est) magni formica laboris
ore trahit, quodcumque potest, atque addit acervo,
quem struit, haud *ignara* ac non *incauta* futuri.

Transponendum: haud *incauta* ac non *ignara* futuri.

Sat. I, 6, 95.

Nam si natura iuberet
a certis annis aevum remeare peractum,
atque alios legere *ad fastum* quoscumque parentes
optaret sibi quisque.

Lege: *ex fastis*.

Sat. I, 7, 9.

Ad Regem redeo, postquam nil inter utrumque
convenit, cet.

Verba „ad Regem" explicatio videtur genuinae lectionis „unde abii", ut Sat. I, 1. 108 „Illic unde abii redeo". Possis etiam „Ad *rem iam* redeo".

Sat. I, 10, 55.

Non ridet versus Enni gravitate minores,
cum de se loquitur, non ut maiore reprensis?
quid vetat et nosmet Lucili scripta legentes
quaerere, num cett.

Nova sententia ordienda est a verbis „cum de se loquitur".

---

1) Ita, nisi forte legendum est: *missus* relictis. *v. d. Vl.*

Sat. II, 2, 47.

Haud ita pridem
Galloni praeconis erat acipensere mensa
infamis. Quid? tunc rhombos minus aequora alebant?

Lege: *erant ..... mensae infames.*

CAPUT OCTAVUM.

AD OVIDIUM.

Metam. II, 64.

Ardua prima via est, et qua vix mane recentes
enitAntur equi: medio est altissima coelo.

Male recentiores editores legunt, ex MSS. sine dubio, *enitUntur*. Cf. 54 magna petis, Phaethon, et quae nec viribus istis
munera conveniant, nec tam puerilibus annis.

Metam. X, 83–85.

Ille (sc. Orpheus) etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
in teneros transferre mares, citraque iuventam
aetatis breve ver et primos carpere flores.

Deleverim hos versus, qui filum orationis interrumpunt. Nusquam alias huius rei Ovidius mentionem facit. Cf. praeterea, quae ipse Orpheus praefatur narratiunculae de Myrrha vs. 300.

Amor. I, 2, 25 sq.

Poeta, cuius in corde tenues amoris sagittae haeserant, quum aliquantisper dubius fuisset, utrum contra luctaretur

an cederet, mox manus amori dedit et victum se fatetur. Pergit:

necte comam myrto; maternas iunge columbas;
qui deceat currum vitricus ipse dabit,
25 inque dato curru, populo clamante triumphum,
stabis et adiunctas arte movebis aves.
Ducentur iuvenes capti ....
33 Omnia te metuent; ad te sua brachia tendens
vulgus Io magna voce triumphe canet.

Delendos censeo versus 25 et 26 in quibus et bonam latinitatem et Ovidii elegantiam desidero. *Clamare triumphum* enim vix bene Latine dicitur, nec melius *arte movebis* pro *reges*. Pro *dato* Ovidius usus esset adiectivo significantiore, et quis probabit in elegantissimi poetae verbis *populo clamante triumphum*, quum paullo post sequatur *vulgus Io magna voce triumphe canet*, et *in dato curru stabis*, quum vs. 40 legamus

tu pennas gemma, gemma variante capillos,
ibis in auratis aureus ipse rotis?

Videtur nescio quis illos versus adiecisse, ut explicaret quid sibi vellent versus proxime antecedentes.

Amor. I, 7, 51.

Adstitit illa amens, albo *et* sine sanguine vultu
caeduntur Pariis qualia saxa iugis.

Nonnulli codices omittunt *et*, quos sequendos duco.

Amor. I, 9, 32—40.

Ardet in abducta Briseide magnus Achilles;
dum licet, Argolicas frangite Troes opus.
Hector ab Andromaches complexibus ibat in arma:
et galeam capiti quae daret uxor erat.

Summa ducum Atrides, visa Priameide, fertur
  Maenadis effusis obstupuisse comis.
Mars quoque deprensus fabrilia vincula sensit;
  notior in caelo fabula nulla fuit.

His exemplis probari debet, quod proxime antecedenti disticho continetur, quicumque amorem desidiam vocet, errare; contra ingenii experientis esse amorem, quam sententiam multo clarius poeta exponit versibus, qui supra laudatos sequuntur.

„ipse ego", inquit, „segnis eram, discinctaque in otia
  mollierant animos lectus et umbra meos. [natas"
Impulit ignavum formosae cura puellae,
  iussit et in castris aera merere suis.
Inde vides agilem, nocturnaque bella gerentem:
  qui nolet fieri desidiosus amet.

Ad hoc autem probandum nil faciunt exempla citata Achillis et ceterorum. Contra Achilles factus est desidiosus abducta Briseide; si Mars minus desidiosus fuisset, non sensisset fabrilia vincula. Ex Hectoris exemplo nihil colligas nisi hoc, Venerem virtutem viris non adimere, non vero amorem viros fortes reddere, qui antea non essent. Minus etiam huc facit Agamemnonis exemplum, cui quum Cassandra sorte obtigerit, nihil erat cur non desidiosus esset, si vellet. Adde quod ambigue dictum est *ardet in*, et quod vs. 40 expressus est ex Metam. IV, 189. Quare nullus dubito quin vss. 28—40 ab aliena manu profecti siut.

Amor. I, 10. 31 sq.

Sola viro mulier spoliis exultat ademtis:
  sola locat noctes; sola locanda venit
et vendit, quod utrumque iuvat, quod uterque petebat
  et pretium quanti gaudeat ipsa facit.

Quae venus ex aequo ventura est grata duobus
altera cur illam vendit, et alter emit?
Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas,
quam socio motu femina virque ferunt?

Quantocius eiice duos versus „et vendit — facit", male Latinos, quique nihil contineant, quod non melius proximis versibus dictum sit.

Amor. I, 1, 43 sq.

Queritur poeta, quod Aurora tantopere properet venire et noctem fugare. At non faceres, ait,

.... si quem manibus Cephalum complexa teneres;
clamares: Lente currite noctis equi.
Cur ego plectar amans? si vir tibi marcet ab annis,
num me nupsisti conciliante seni?
Adspice quot somnos iuveni donarit amato
luna: neque illius forma secunda tuae.
Ipse deum genitor, ne te tam saepe videret,
commisit noctes in sua vota duas.

Versus 43 sq. valde displicent. Quicunque eos fecit hoc voluit, ni fallor: Cur tu, Aurora, non amas aliquem iuvenem qui te complexibus retineat, ut fecit luna, quae non minus pulchra est quam tu. Sed haec sententia vix ex ipsis verbis erui potest, nam *somnos donare alicui* pro *concumbere cum aliquo* dici nequit. Quid porro huc facit, quod additur lunam non minus pulchram esse quam eam? Num eius forma in caussa esse potest, cur pulchrum invenem amatorem non habeat? Vix credo. Eice ergo versus Ovidio quovis modo indignos.

CAPUT NONUM.

AD PHAEDRUM.

Fab. I, 2, 4.

Hic *conspiratis factionum partibus*
arcem tyrannus occupat Pisistratus.

Legendum me iudice *conspiratae*[1]) *factionis artibus.*

Fab. I, 22, 12.

Hoc in se dictum debent illi agnoscere
quorum privata servit utilitas sibi
et meritum inane iactant *imprudentibus.*

In fabula, cui titulus *mustela et homo* homo se decipi non patitur, ergo non *imprudens* est. Ἐπιμύθιον adeo non cadit in fabulam nostram. Pro *imprudentibus* correxerim *impudentia*, quod tum ablativus foret. Si cum aliis legis *iactat*, erit pro nominativo. Lucianus Muellerus in editione Teubneriana legit *imprudentius*[2]).

Fab. I, 26, 1. 2.

Ipsam fabulam, qua narratur, qua ratione vulpes ciconiam, et haec contra vulpem exceperit, praecedit promythium hocce:

---

1) Etiam lenius conieceris *conspirātis* i. e. *conspirantis*. vH.

2) Num *impudentius*? *v.d. Vl*

Nulli nocendum; si quis vero laeserit,
multandum simili iure fabella admonet.

quod ut spurium esse credam multa mihi persuadent. Primum verbum *nocendi* non est huius loci: vulpes ludificatur ciconiam, ciconia contra vulpem. Tum *multare simili iure* vix a Phaedro dici potuit. Denique, quod maximum est, promythio melius caremus, quum Phaedrus ore ciconiae in fine hoc epimythion proposuerit:

sua quisque exempla debet aequo animo pati,

quo quanto melius reddatur, quid poeta hac fabella voluerit, cuique videri in promptu est.

Fab. I, 29. 3.

Plerumque stulti risum dum captant levem
gravi destringunt alios contumelia
et sibi *nocivum* concitant periculum.

Bentleius dubitat num vocabulum *nocivum* Latinitate donandum sit, quum non nisi h. l. et altero Plinii occurrat. At hic saltem eo iudice locum tueri non potest, quum nemo dicturus sit *nocivum periculum*. Hoc quidem recte, ni fallor, sed parum prudenter me iudice idcirco vocabulum hinc extrudit et locum mutare iubet cum *vicissim*, quis enim librarius vocabulum ubique obvium commutet cum rarissimo? Quid si Phaedrus scripserit *nocivi*?

Fab. II. prolog. 10.

Equidem omni cura morem servabo senis:
sed si libuerit aliquid interponere,
dictorum sensus ut delectet varietas,
bonas in partes lector accipiat velim.

Recte Bentleius his offensus est, sed non placet, quod reposuit *diversum*, quippe multo faciliorem emendandi viam mihi rep-

pisse visus sum. Nempe comma, quod nunc est post *interponere*, translato post *dictorum*, Phaedri verba sana erunt. *Dicta* pro iocis legimus item III, 11, 2, et de locutione *aliquid dictorum* cf. IV, 25, 5 „habere ut possit aliquid operis residui".

Fab. III, 7, 23.

Dat ossa dominus: frusta iactant familia
et, quod fastidit quisque, *pulmentarium.*

Heinsius *pulmentarii*, in quod et ego incideram, maxime propter Romulum haec sic *παραφράζοντα*: „quod fastidit unusquisque *ciborum* mihi porriget". Num *pulmentarium* haberi possit pro genetivo? Horatius plurali utitur Sat. II, 2, 20

„Tu pulmentaria quaere sudando".

Fab. IV, 24, 13.

Aras frequentas: nempe abigeris quom venis,
Reges commemoras et matronarum oscula,
super etiam iactas, tegere quod debet pudor.

Qui alteri obiicit, quod iactet, quod pudor tegere debeat, non solet ipse id commemorare. Delendus igitur versus

reges commemoras et matronarum oscula

in quo praeterea *commemoras* mirum quantum languet.

Append. IX init.

Cum castitatem Iuno laudaret suam,
iucunditatis causam non sprevit Venus.
Nullamque ut affirmaret esse illi parem,
interrogasse sic Gallinam dicitur.

Sic edidit Luc. Muellerus, quum in editione Dressleri legatur *iucunditatis causa hanc reppulit Venus.* Magis Msti lectionem referunt et meliorem ni fallor sensum haec praebebunt, si legas:

iucunditatis causam haud reppulit Venus.

Append. IX, 10.

Ex toto, ne quid scalpas, quid desideras?

Delendum comma post *ex toto*, ut Venus quaerat ex gallina, quid desideret, ne quid omnino scalpat. Illud *ex toto* additum verbis *quid desideras*, vix idoneum sensum praebet.

Append. XXIX, 5.

Ego eloquens in pace, fortis proeliis,
arte omni princeps inter aequales fui.
En cuncta! Levitas putris et volito cinis:
Tu, qui fuisti mulus clitellarius,
quemcunque visum est laedis infixo aculeo.

In vs. 5 desidero *qui*, ut in versu 7 legitur, quod pronomen posuerim post *princeps*.

Append. IX, 14.

Risisse Iuno dicitur Veneris ioco,
quia per gallinam denotavit feminas.

Pro *quia* malim *quae*.

Append. X, 14.

Et tu nisi istum tecum assidue detines
feroxque ingenium conprimis clementia,
vide ne querela maior accrescat *domus*.

Lege *domo*.

Append. XV, 10.

At non cessabunt latera, respondit, tua,
et obiurgari iussit *servum* garrulum.

Verbo *obiurgare*, ubi significat *punire*, *animadvertere in aliquem*, in ablativo casu adiungi solet id, quo haec obiurgatio

fit. Certa emendatio nunc quidem in mentem non venit; sed unum video inutile vocabulum *servum* eliminandum esse, et in eius locum supplendum esse *loris*, sive *virgis*, sive *flagris*, sive aliud quod instrumentum melius huc convenit. Possit verbi causa legi:

et loris (s. virgis) *obiurgari iussit garrulum.*

CAPUT DECIMUM.

AD LIVIUM.

Lib. I, 7, 10.

„Iove nate, Hercules, salve" inquit (Evander).
Dele *Hercules.*

Lib. I, 10, 1.

Nec domi tantum indignationes continebant, sed congregabantur undique ad Titum Tatium.

Fortasse legendum: *nec domi tanta indignatio se continebat.*

Cf. Liv. XXXIX 17 „nec moenibus tantum aut finibus Romanis (terror) se continuit".

Lib. I, 57, 7.

Id cuique spectatissimum sit, quod necopinato *viri* adventu occurrerit oculis.

Dele *viri.*

Liv. II, 12.

Obsidio erat ...., quum C. Mucius, adolescens nobilis, cui indignum videbatur populum Romanum servientem, quum

sub regibus esset, nullo bello nec ab hostibus ullis obessum esse; liberum eundem populum ab iisdem Etruscis obsideri, quorum saepe exercitus fuderit, ... in castra hostium penetrare constituit.

Servientem et *quum sub regibus esset* plane idem significant. Alterumutrum eiciendum; ni fallor, *quum sub regibus esset* additum est a ludimagistro.

Lib. II, 23, 2.

Invidiamque *eam* sua sponte gliscentem, insignis unius calamitas accendit.

Pro *eam* malo *iam*.

Lib. II, 55, 5.

Volero appellat tribunos. cum auxilio nemo esset, consules spoliari hominem et virgas expediri iubent. „Provoco" inquit „ad populum" Volero .... quo ferocius clamitabat eo infestius circumscindere *et spoliare* lictor.

Alienum puto *et spoliare*, quo nescio quis explicavit *circumscindere*, quod verbum non nisi h. l. occurrit.

Lib. II, 58, 3,

Volscum Aequicumque inter seditionem Romanam est bellum coortum; vastaverant agros, ut si quae secessio plebis fieret ad se receptum haberet. Compositis deinde rebus castra retro movere.

Excidit, ni fallor, sententia in hunc fere modum composita: *et castra, prope urbem posuerant* post *vastaverant* [1]).

1) Fortasse inserendum: *et castra ad urbem admoverant. v.d.Vl.*

Lib. IV, 1, 6.

Tum C. Canuleius pauca in Senatu vociferatus: nequiquam territando Consules avertere plebem a cura novarum legum: nunquam eos se vivo dilectum habituros, antequam ea quae promulgata ab se collegisque essent, plebes scivisset; *et* confestim ad contionem advocavit.

Dele *et.*

Lib. VII, 14, 1.

Dictator quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat, tamen facturum quod milites vellent se recepit, Tulliumque secreto, quaenam haec res sit aut *quo acta more*, percontatur.

Legendum videtur: *quo acta auctore.*

Lib. XXI, 8, 10.

Phalarica erat Saguntinis missile telum hastili abiegno et cetera tereti praeterquam ad extremum, unde ferrum exstabat.

Livii aequales non docendi erant phalaricam esse missile telum, ut patet e XXXIV, 14, ubi eodem vocabulo utitur ut omnibus noto. Quantocius igitur dele inutile interpretamentum, quo sublato simul loci constructionem expeditiorem feceris.

Lib. XXI, 10, 7.

In oratione Hannonis, bellum dissuadentis: Aegatis insulas Erycemque ante oculos proponite, quae terra marique per quattuor et viginti annos passi sitis. nec puer hic dux erat, sed *pater* ipse Hamilcar, Mars alter, ut isti volunt.

Vocabulum *pater* suspectum mihi est.

Epitome lib. LXV, 11.

M. Aurelius Scaurus legatus consulis a Cimbris fuso exercitu captus est et cum in consilium ab eis advocatus deterreret eos ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quod diceret Romanos vinci non posse, a Boiorige feroci iuvene occisus est.

Fortasse post Boiorige excidit *rege.* Plutarchus in vita Marii c. 25 eum appellat **τὸν τῶν Κίμβρων βασιλέα.** Eodem modo *rex* postponitur nomini propio in Epitom. XLVI et LII.

CAPUT UNDECIMUM.

AD SUETONIUM.

IULIUS, cap. 9.

Exciderunt quaedam post *consurgerent* in hisce: pactumque, ut simul foris ille, ipse Romae ad res novas consurgerent ..... per Ambranos et Transpadanos.

IULIUS, 14.

(Caesar) Obtinuisset adeo, transductis iam ad se pluribus et in his *Cicerone* consulis fratre, nisi labantem ordinem confirmasset M. Catonis oratio.

Ante *Cicerone* fortasse supplendum *Q*.

IULIUS, 19.

Opera ab optimatibus data est, ut provinciae futuris consulibus minimi negotii, id est silvae callesque decernerentur.

Haec ferri possent, si scriptum foret *provinciae futuris consulibus silvae callesque*, *id est minimi negotii*, *decernerentur*, nam explicatio rarioris dicti sequi, non praecedere solet. Ut nunc scripta sunt, verba *id est minimi negotii* olent glossema, quod e margine migraverit in textum.

IULIUS, 22.

Gallia Cisalpina lege Vatinia et mox Comata quoque provinciis acceptis, Caesar gaudio elatus non temperavit, quin paucos post dies frequenti curia iactaret, invitis et *gementibus* adversariis adeptum se quae concupisset.

Non *gemebant* opinor Caesaris adversarii, sed *fremebant*, idque verbum Suetonio restituendum.

IULIUS, 48.

(Multi prodiderunt) Caesarem .... convivatum adsidue per provincias duobus tricliniis, uno quo sagati palliative, altero quo togati cum inlustrioribus *provinciarum* discumberent.

Lege *provincialium*.

AUGUSTUS, 37.

Censores creari desitos longo intervallo *creavit*.

Lege *revocavit*.

Cf. Cic. Tusc. 1. 1. studia quae remissa temporibus, longo intervallo intermissa revocavi.

Suet. Claud. 22 quaedam .... exoleta revocavit.

id. Vespas. 16 omissa sub Galba vectigalia revocavit.

id. Domit. 4 Quaestoriis muneribus, quae olim omissa revocaverat, ita semper interfuit.

AUGUSTUS, 38.

Liberis senatorum .... militiam auspicantibus non *tribunatum* modo legionum sed et praefecturas alarum dedit.

Lege *tribunatus*.

AUGUSTUS, 40

Populi recensum vicatim egit ac ne plebs frumentationum causa frequentius ab negotiis avocaretur, ter in annum qua-

ternum mensum tesseras dare destinavit; sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut *sui* cuiusque mensis acciperet.

Pro *sui* lege *suam.*

Augustus, 44.

Solis virginibus Vestalibus locum in *theatro, separatim* et contra praetoris tribunal dedit.

Dele comma post *theatro* et lege *separatum.*

Augustus, 62.

Privignam eius (nempe Antonii) Claudiam, Fulviae ex P. Clodio filiam, duxit uxorem vixdum nubilem ac simultate cum *Fulvia* socru orta dimisit intactam adhuc et virginem.

Dele *Fulvia* ante *socru.*

Augustus, 69.

Scribit etenim (Antonius) ad ipsum haec, familiariter adhuc necdum plane inimicus aut hostis: „quid te mutavit, quod reginam ineo? uxor mea est".

Interpunge: *quid te mutavit? quod reginam ineo? uxor mea est.*

Augustus, 87.

Augustus ponit assidue .... betizare pro languere, quod vulgo lactanizare dicitur.

Si quid video, *languere* ortum est ex glossemate et scribendum *betizare pro eo, quod vulgo lactanizare dicitur,* ut Augusti tempore *lactanizare* fuerit in usu, pro quo Augustus, memor Catulliani

languidior tenera cui pendens Sicula beta,

exquisitius *betizare* excogitaverit.

AUGUSTUS, 94.

Sumenti virilem togam tunica laticlavi *resuta* ex utraque parte ad pedes decidit.

Lege *tunica laticlavia resoluta*, i. e. soluta fibulis, quibus constringebatur, ut Ruhnkenius explicat vocabulum nusquam alibi obvium *resuta*.

TIBERIUS, 7.

Sed Agrippinam et *abegisse post divortium* doluit, et semel *omnino* ex occursu visam adeo contentis et umentibus oculis prosecutus est, ut custoditum sit ne umquam in conspectum ei posthac veniret.

Quam otiosum illud *post divortium* post *abegisse* est, tam necessarium est post *omnino*.

TIBERIUS, 14.

Ac de infante Scribonius mathematicus praeclara spopondit, etiam regnaturum quandoque, sed sine regio insigni, *ignota scilicet tunc adhuc Caesarum potestate.*

Medio aevo nescio quis, miratus illud *sine regio insigni*, addidit pro sua Romanae antiquitatis scientia *ignota scilicet tunc adhuc Caesarum potestate.*

TIBERIUS, 18.

Post Varianam cladem Germania repetita Tiberius curam solito exactiorem praestitit .... *Trans Rhenum vero eum vitae ordinem tenuit, ut sedens in cespite nudo cibum caperet, saepe sine tentorio pernoctaret, praecepta sequentis diei omnia et si quid subiti muneris iniungendum esset, per libellos daret.*

Suetonius distinguit inter *praecepta sequentis diei*, quotidiana, ut ita dicam, et *si quid subiti muneris iniungendum esset*,

cumque narret eum haec praecepta *per libellos* dedisse, in superioribus necessario dixit illa quotidiana praecepta aliter data fuisse. Excidit, ni fallor, *ie̅* h. e. *ipse* ante *et si*: Praecepta aut *ipse* dabat, aut *per libellos*, non per alios suis verbis. Confirmatur haec coniectura iis quae continuo apud Suetonium sequuntur, ubi narrat eum praeceptis addidisse monitionem, *ut, de quo quisque dubitaret, se nec alio interprete quacumque vel noctis hora uteretur.*

TIBERIUS, 21.

Ex quibus (nempe Augusti epistolis) *in exemplum pauca hinc inde subieci.*

Vale, iucundissime Tiberi et feliciter rem gere, ἐμοὶ καὶ μουισασδιστετρα τηγων. Iucundissime et ita sim felix, vir fortissime et dux νομιμώτατε vale.

Male haec in editionibus ita continuantur, quasi ad unam eandemque epistolam pertineant, cum verbo monuisse sufficiat, haec duabus epistolis desumtas esse.

CALIGULA, 47.

Scripsit et procuratoribus triumphum appararent quam minima summa sed quantus numquam *alius* fuisset, quando in omnium hominum bona ius haberent.

Pro *alius* malim *alias*.

